PARYRI GRAECI

MUSEI ANTIQUARII PUBLICI

LUGDUNI-BATAVI.

PAPYRI GRAECI
MUSEI ANTIQUARII PUBLICI
LUGDUNI-BATAVI.

REGIS AUGUSTISSIMI JUSSU

EDIDIT,

INTERPRETATIONEM LATINAM, ANNOTATIONEM, INDICEM ET TABULAS ADDIDIT

C. LEEMANS,

PH. TH. MAG. LITT. HUMM. DOCTOR.
MUSEI ANTIQUARII LUGDUNI-BATAVI DIRECTOR,
SOCIETATI REGIAE ANTIQQ. LONDIN. ALIISQUE SOCIUS ADSCRIPTUS.

Tomus I.

LUGDUNI BATAVORUM,
IN MUSEO ANTIQUARIO, ET
APUD H. W. HAZENBERG & SOCIOS, BIBLIOPOLAS.

Londini,
Apud LONGMAN, BROWN, GREEN ET LONGMANS, *Pater noster row.*

Parisiis,
Apud VIDUAM DONDEY DUPRÉ, *Rue des Pyramides*, 8.

Hauniae,
Apud GYLDENDAL.

Lipsiae,
Apud T. O. WEIGEL.

Manhemiae,
Apud ARTARIA ET FONTAINE.

Florentiae,
Apud G. P. VIEUSSEUX.

Petropoli,
Apud SCHWETSCKE.

Moscoviae,
Apud SEVERIN.

CIƆIƆCCCXXXXIII.

(*Impressa sunt* 150 *exemplaria, quorum* 115 *tantum prostant.*)

EX TYPOGRAPHEO J. G. LA LAU.

AUGUSTO . BOECKHIO . BORUSSO

JOSIAE . FORSHALLO . ANGLO

LETRONNIO . GALLO

AMEDEO . PEYRONI . SARDO

VIRIS . ILLUSTRISSIMIS

DE . PAPYRORUM . AEGYPTIORUM . GRAECORUM

EXPLICATIONE

UT . ET

DE . UNIVERSA . REPUBLICA . LITERARIA

OPTIME . MERITIS

SACRUM

PRAEFATIO.

Papyros Graecos Musei antiquarii publici Lugduni Batavi edituro necesse mihi non erit de hujus generis monumentorum antiquorum utilitate et praestantia disserere, neque de ratione qua ab ipsis veteribus servari atque condi solebant, de dialectis, aliisque multis, quum haec omnia A. Peyron, vir clarissimus, in Praefatione ad *Papyros Graecos Regii Taurinensis Musei Aegyptii*, docte et abunde tractaverit. Dicendum potius quomodo factum sit, ut MSS. quae jam dudum in adspectum lucemque proferenda fuissent, nunc demum prelis mandata in publicum exierint.

Papyri Graeci omnes, una cum reliquis monumentis ab ANASTASIO, viro illustrissimo, Alexandriae res mercatorias Dannorum consulis titulo curante, collectis, Museo publico Neerlandico accesserunt anno 1829. Anno sequenti Reuvensius ampliorem eorum conspectum edidit in epistola tertia operis cui titulus: *Lettres à M Letronne sur les papyrus bilingues et Grecs et sur quelques autres monumens Gréco-Égyptiens du Musée d'antiquités de Leide*, ipsam vero eorum editionem integram, omnibusque numeris absolutam, in posteriora tempora remittere debuerat. Incidit mox rerum publicarum in patria quoque nostra status misere conturbatus, qui ut animos fere omnium a severioribus studiis ad armorum strepitum avocabat, et de incerto rerum eventu suspensos tenebat, ita librorum sive sumtibus publicis, sive bibliopolarum periculo edendorum consiliis parum favebat. Plurima quoque alia Reuvensio simul eodem tempore peragenda erant, quae impediebant quominus opus inceptum continuaret; et praeterea non sine ratione sperabat fore ut aliorum Museorum papyri prodirent,

unde nova utiliaque subsidia nostris comparare, locisque difficilioribus majorem lucem addere posset.

Post viri doctissimi, praeceptoris desideratissimi, obitum anno 1835, monumentorum Musei Aegyptiorum edendorum cura ex Regis decreto nobis commissa, primum id agendum arbitrabamur, ut papyrus demoticus, cujus pars jam in lapide delineata erat, absolveretur et prelo tradi posset. — Novum denique aedificium emtum, quo quum monumenta, eo usque per diversa urbis loca dispersa, translata erant, omnia rete digerendi et exponendi, catalogos scribendi, aliaque similia peragendi officia, quae nullam moram pati posse videbantur, otium nostrum fere totum absumserunt. Publici juris interea facti erant Papyri Graeci Musei Britannici, et instabat Parisiensium editio ab Letronnio, viro clarissimo, curanda; quapropter, ne diutius virorum doctorum studiis et lucubrationibus ejusdem vel similis argumenti MSS. in Museo Lugduno Batavo servata, deessent, manus operi tandem admovendas arbitrati sumus.

Servantur omnino in Museo Papyri Graeci viginti quatuor, et fragmenta minora octo, quorum omnium brevem conspectum exhibet Monumentorum Aegyptiorum catalogus, pg. 121. I. n. 384, et pgg. 122-130 I. nn. 395-425. Horum quinque postea demum edituri sumus: duos ad Gnosticorum doctrinam pertinentes (I 384 et 395), unum chemicum argumentum continentem, (I. 397), alium literarum elementorum conspectum, *abecedarium* vulgo dicunt, offerentem (I. 398) et quintum quem ob literarum formas insolitas enucleare nondum potuimus, (I. 420).

Magno auxilio nobis fuit quod Reuvensius textus fere omnes, maximam certe partem jam transcripserat, lacunis tantum relictis ubi ex prima MS[ti]. inspectione literarum ductus continuo explicare non potuerat. Ut tamen textus quam accuratissime redderentur, ipsi denuo omnium papyrorum apographa fecimus, quibus deinde cum Reuvensianis collatis, plurima de quorum lectione antea non constiterat aut quae minus recte lecta fuerant, explicata aut correcta deprehendimus, plurima quoque ex Reuvensii apographis in nostris mutanda, emendanda aut supplenda comperimus.

Uniuscujusque papyri textui brevem introductionem praemisimus, qua de conditione ejus quae dicitur externa, deque argumento constaret. Sequitur ipse textus, omnibus scriptoris et orthographiae vitiis servatis, correctione tamen eorum in margine apposita; quam non ubivis ad justas Grammaticorum leges, verum ad scriptoris mentem potius redegimus. Vocabula literaeque quibus lacunas supplevimus, uncis rectis [ ] inclusa, compendiorum notarumve explicationes literis minoribus impressae sunt. Accentus autem et distinguendi signa addenda censuimus, quo facilius textus legerentur; haec enim omnia in papyris omitti, et initia periodorum, non magis quam nomina propria, literis majoribus distingui cuivis notum est. In interpretatione Latina porro perspicuitati potius et fidei quam verborum elegantiae prospiciendum putavimus, vocabulis quae explicationis causa adduntur, uncis curvis ( ) inclusis.

In annotatione qualicumque nostra loca difficiliora explicare conati sumus. Singulorum papyrorum in Tabulis quae operi adduntur, scripturae specimina, interdum et totius textus apographum delineata exhibuimus; quod idem factum, ubi de loci alicujus vera lectione dubium relinqui videbatur. Indicem denique nominum propriorum, verborum praecipuorum, rerumque, quae sive in textu papyrorum, sive in annotationibus continentur vel explicantur, ut libri usus facilior redderetur, adjecimus.

Brevitatis causa Papyros, qui in Museo inter reliqua monumenta Sectionis litera et numerorum notis indicantur, hic literis tantum insignivimus.

Pap. A. Isidori epistola ad Craterum, de causa Hermiae contra Chenephnibidem, ejusque uxorem. (*Catal.* I. 411).

Papp. B, C, D, E. Papyri causam Thauetis et Thautis, gemellarum in Serapieo magno prope Memphidem, spectantes. (*Catal.* I. 405, 408, 407 et 406).

Pap. F. Causa Apollonii et Cholchytarum. (*Catal.* I. 404).

Papp. G, H, I, K. Querela Petesidis, archentaphiastae Osorapidis et Osoromnevidis, de vexatione. (*Catal.* I. 399, 400, 401 et 402).

Pap. L. Documentum emti. (*Catal.* I. 403).

Pap. *M.* Contractus emti venditi, Horum inter, Hori filium et Osoroëridem. Hori filium, cum fratribus tribus. (*Catal.* I. 416).

Pap. N. Contractus emti venditi Pimonthen, ceterosque Petepsaitis liberos inter et Nechyten, Asotis filium. (*Catal.* I. 414).

Pap. O. Contractus mutui Conuphidem, Petesidis filium inter et Petimuthen Hori filium. (*Catal.* I. 415 et 418).

Pap. P. Antigraphi contractus emti venditi fragmenta. (*Catal.* I. 413).

Pap. Q. Apocha Nicatoris Exactoris. (*Catal.* I. 417).

Pap. R. Apocha trapezitica (*Catal.* I. 419).

Papp. C. S. T. Rationes acceptorum et expensorum. (*Catal.* I. 408, 409, 410).

Pap. C. Somnia gemellarum et Ptolemaei. (*Catal.* I. 408).

Pap. U. Somnium Nectanebi. (*Catal.* I. 396).

Plura restant quae, nisi res exigerent ut operis editio nulla ulteriori mora premeretur, et in praefatione nostra addenda et in ipso libri textu corrigenda fuissent; duo tamen absolvamus, alterum ut publice et grato animo profiteamur, quantum, ut in aliis rebus saepius, sic et nunc GEELIUS, V. Cl., Bibliothecae Academiae Lugd. Batavae praepositus, qua est benevolentia et amicitia, consiliis nobis adfuerit; alterum ut viros eruditissimos, quibus librum dedicavimus, et lectores rogemus, nostro labori aequi bonique consulere velint.

PAPYRI GRAECI

MUSEI ANTIQUARII PUBLICI

LUGDUNI-BATAVI.

PAPYRUS A.

ISIDORI EPISTOLA AD CRATERUM, DE CAUSA HERMIAE CONTRA CHENEPHNIBIDEM EJUSQUE UXOREM.

Hermias aliquis, Daguzitis filius ex pago Tachenephrete, nomi Memphitici, frumenti artabas aliquot mutuas dederat Chenephnibidi, Eriei filio, ejusque uxori Marmotidi, Pasitis filiae; quas quum hi stato tempore non reddidissent, Isidorum pagi Epistatam adierat Hermias libello. Eodem vero tempore Marmotis injuriae accusationem intendisse videtur, quapropter Isidorus scribit ad Craterum Strategum, ut hujus jussu Ammonius, Hypostrategus, testes de ea re citet Ptolemaeum aliquem, Hermiam, et seniorem pagi.

Ad quemnam Ptolemaeorum Papyrus referendus sit non constat; adscriptus est dies 1 mensis 3[i] Athyr, anni VI[i], regis nomine non addito; sed scriptura pulcherrima et ipsius papyri fabrica antiquiorem aetatem prodere videntur. Quae tamen non faciunt ut ipsam epistolam ad Craterum missam in papyro nostro servari putaverim, quum ob scribendi vitia quibus scatet, et lituras, emendationesque postea adscriptas, apographum potius fuisse nobis videatur. Papyrus Memphide repertus, altus est 0.33, latus 0.113. Textus constat versibus 40; a sinistro margine spatium vacuum relictum est 0.02, quod idem in altero margine olim quoque adfuisse videtur. Post versum 14[m] usque ad finem particulae plures perierunt, quarum damnum conjectura reparari haud ita facile poterit. Totam epistolam exhibet tab. I, n. 1. Reuvensius de ea egit *Lettres* etc., III. pgg. 32 et 33.

Κρατέρῳ, τῶν πρώτων φιλων καὶ στρατηγῷ. Παρ' Ἰσιδώρου ἐπιστάτου κώμης Τ[αχε]νεφρήτου, Μεμφίτου. Τοῦ ϛ' L Φαωφὶ ζ' Ἑρμίας Δαγούζιτος, τῶν ἐκ τῆς αὐτῆς ἐπέδωκέν μοι ὑπόμν[η]μα κατὰ Χενεφνίβιος, τοῦ Ἐριέως καὶ τῆς τούτου γυναικὸς Μαρμώτιος, τῆς Πάσιτος, ὑπὲρ τοῦ ὀφεί[λ]οντας αὐτῷ κατὰ συγγραφὴν ἓξ μάρτυρον [1]) πυροῦ ἀρτάβας ϛ', μὴ ἀποδιδόναι ταύτας [τ]ε καὶ τὴν τούτων ἡμι[ο]λίαν· καὶ ἠξίου προςκληθ[έ]ν[τ]ας αὐτοὺς [ἀ]ποδοθῆναι αὐτῷ τ[ὸν πυ]ρὸν σὺν τῇ ἡμι[ολίᾳ]· ἐ.....η η του αυ τ.υ..νος π[αρε]καλεσάμην [2]) τὸν Χενέφνιβιν .....ει ενο..λογ.......ετο ....δ]ωκα αυτ........... ......οὗτος δὲ Πτο[λεμαι.. κ...ω.................μ.. Ἑρμ[ί]ου καὶ ε τον υ πρεςβύτε... τῶ[ν] ἐκ τῆς κώμης, μεχρὶ τοῦ τὰ δί[κα]ια αὐτὸν ποῆσαι [3])· νυνὶ δὲ προςπεπτωκό[τ]ος μοι τὴν Μάρμωτιν [4]) ἐμὲ ἐνκεκλήματο γραφηκέναι, ὡς [5]) ὑβρικότο[ς] ...υ..τουτοι [α]ὐτοῦ μηττονο..ς ....τάξαι δου.......[μ]εν γρ[α]πτ[αι] πίστιν ο.......... μενος ἀπολογίσωμαι [6]) ὑπὲ[ρ].ω...τε .αυτὸν καὶ ὑπο μηδενὸς περισπάσθω· [γρ]άψαι δὲ καὶ Ἀμμωνίῳ τῷ ὑπο[στρα]τήγῳ παρ' οὗ εἰμι [7]), καταστῆσαι ἐπὶ σὲ τ[όντ]ε

---

1) Corr. *μαρτύρων*. — 2) Primum scriptum fuit *παρεκαλεσάμενος*, sed literis 4 posterioribus deletis deinde superscriptum *μην*. — 3) Dialecto Alexandr. pro *ποιῆσαι*. — 4) Primum scriptum fuit *τὴν τούτου γυναῖκα*, sed duabus posterioribus vocibus deletis deinde, eadem manu ut videtur, superscriptum *Μάρμωτιν*. — 5) Antea scriptum *ὡς ἔστ'* sed *ἔστ'* postea deletum. — 6) l. *ἀπολογήσωμαι*. — 7) Voces *παρ' οὗ εἰμι* postea, eadem manu ut videtur, voci *καταστῆσαι* superscriptae sunt.

Περίταν καὶ τὸν Πτολεμ[αῖ]ον, καὶ τὸν Ἑρμίαν, καὶ τὸν πρεσβύ[τε]ρον τῆς κώμης, πρὸς τὸ προςμαρτυρηθῆναί σοι ὑπὲρ τῶν [α]τ ἐμέ· τούτου δὲ γενομένου ἔσομαι τετευχὼς τῆς παρὰ σοῦ [ἀντιλή]ψεως. ∟ ϛʹ, *Ἀθὺρ λʹ. Εὐτύχει.*

»Cratero, Primo amicorum et Stratego, Isidorus, Epistata pagi Tachenephretae (nomi) Memphitici. — Anni VI[i] Phaophi 7° Hermias, Daguzitis (filius) ex eodem (pago) tradidit mihi commentarium contra Chenephnibidem, Erici (filium) et hujus uxorem Marmotidem, Pasitis (filiam), de (eo quod) debentes ipsi secundum contractum sex testium frumenti artabas sex, non reddant has et harum sescuplum; et petivit ut in judicium vocatis iis, redderetur ipsi frumentum cum sescuplo . . . . . . adhortatus sum Chenephnibidem, ... Hermiae et . . . . . seniorem ex pago donec quod justum est ipse faciat. Nunc vero quum acciderit mihi Marmotidem . . . . . me accusationem scripsisse . . . . . et a nemine vexer, scribere vero et Ammonio Hypostratego, apud quem munere fungor, in judicium perducere coram te Peritam, et Ptolemaeum, et Hermiam, et seniorem pagi, ut testimonio eorum confirmetur tibi de iis . . . . . Hoc autem facto ero consecutus tuam open. Anni VI[i] Athyr 30°. Felix esto."

Vs. 1. *Κρατέρῳ τῶν πρώτων φίλων καὶ στρατηγῷ. Τῶν πρώτων φίλων* est honoris titulus major, unde qui bene muneribus functi erant, promovebantur ad titulos *Ἀρχισωματοφύλακος* et *Συγγενοῦς*, vid. A. Peyron, ad *Pap. Taur.* I. 1. vs. 6, ann. pgg. 56 et vs. 12. pgg. 63, 64. *Στρατηγός* dicitur Praefectus nomi, ejusque tituli origo petenda videtur a militari regni constitutione, qua Ptolemaei exercitus praefectis suis majoribus Aegypti nomos diversos gubernandos tradiderunt. Copiose de *Στρατηγοῦ* munere egit A. Peyron, l. c. pgg. 66—72.

Vs. 3. *ἐπιστάτου κώμης Τ[αχε]νεφρήτου Μεμφίτου.* Pagum Tachenephreten, quod sciam, aliunde non cognitum, in nomo Memphitico situm fuisse ex Papyro nostro discimus. Nomorum Epistatis sive Praefectis juris dicendi intra uniuscujusque nomi limites munus incubuisse, pluribus docet A. Peyron ad *Pap. Taur.* I. 1. vs. 12. pg. 72. De minoribus causis pagorum Epistatae cognoscebant et ad nomi Epistatam referebant, ipsi vero judicasse non videntur, certe in ejusmodi causis qualem hic habemus; propterea quoque Isidorus Chenephnibidem adhortatus tantum erat ut mutuum redderet, vid. vs. 17. Nisi in eo loco tantum damnum passus fuisset Papyrus, discere potuissemus quale officium *ὁ πρεσβύτερος τῆς κώμης*, *Senior pagi*, apud Epistatam in munere ob-

eundo praestaverit; simile fortasse quod *τοὺς συμπαρόντας*, *Assessores*, apud nomi Epistatam obiisse docet A. Peyron, l. c. vs. 3. pg. 53.

Vs. 4. *τοῦ ς' ∟ Φαωφὶ ζ'*, *Anni VI*, *(mensis secundi) Phaophi die* 7°. Ad cujusnam Ptolemaeorum regnum annus hic sextus referendus sit, non constat, quoniam autem in fine epistolae nomen regis eadem ratione omissum est, cum Reuvensio l. c. statuendum instrumentum cum reliquis ad eandem litem pertinentibus ad Strategum fuisse missum.

Vs. 10. *κατὰ συγγραφὴν ἓξ μαρτύρων πυροῦ ἀρτάβας ς'*. Ex hoc loco sequi videtur ejusmodi contractum mutui sex tantum testium nominibus muniri debuisse. Ad contractus rei venditae 16 testes requirebantur. Compendium vocis *ἀρτάβας* constat litera *τ*, inferiori parte literae *ρ* juncta, in *Pap.* C, vs. 31, ejusdem vocis siglum compositum est ex literis *αρ* quibus linea curva superscribitur. De artaba, aridorum mensura, egerunt A. Peyron ad *Pap. Taur.* III. pg. 23, B. Peyron ad *Pap. Brit.* XIV. pgg. 83, 84, sed in primis conf. W. Adolph Schmidt, *Forschh. auf dem Geb. des Alterth.*, I. pgg. 220—224.

Vs. 13. *καὶ τὴν τούτων ἡμιολίαν*. Videtur illud solemne fuisse in contractibus crediti aut mutui, ut, nisi stato tempore res credita aut mutuo data redderetur, praeter ipsam rem, sescuplum quoque ejus esset solvendum. Cujus poenae aliud exemplum offert *Pap.* O. Chenephnibis et Marmotis quum die constituto frumentum non reddidissent, non tantum artabas sex mutuo datas, sed et praeterea multam *ἡμιολίας*, sive novem artabarum sibi vindicabat Hermias.

Vs. 14. *προςκληθέντας αὐτοὺς ἀποδοθῆναι αὐτῷ τὸν π[υρὸ]ν σὺν τῇ ἡμι[ολίᾳ]*. Aut *προςκληθέντας αὐτούς* absolute pro *προςκληθέντων αὐτῶν* est accipiendum, aut pro passivo *ἀποδοθῆναι* corrigendum *ἀποδιδόναι* vel *ἀποδοῦναι*. Eodem modo in *Pap.* B, Col. 2^{a}, vss. 9—13, *προςκληθέντων — κα ἰοῦτοι ἐπαναγκασθῶσιν ἀποδοῦναι*.

Vs. 16. In prioribus Isidorus exposuerat de Hermiae petitione; jam, inde a versu 16°, videtur indicare qua ratione ipse hac in re egerit. Versum illum ita fere restituendum conjicio, *Ἐ[γὼ δὲ ἐν] τῇ η' τοῦ αὐτοῦ [μη]νὸς π[αρε]καλεσάμην τὸν Χενέφνιβιν*, *Ego vero die* 8° *ejusdem mensis adhortatus sum Chenephnibidem;* nam quod majus spatium inter duas vocis *αὐτοῦ* syllabas relictum est, scriptoris incuriae tribuendum videtur. Ex versibus 4 qui sequuntur certi quid efficere non possum.

Vs. 22. *Ἑρμ[ί]ου καὶ ε τὸ[ν] υ πρεςβύτε....* Litera *ε* post *καὶ* otiosa videtur, et cum *υ* ante *πρεσβύτε...*, quae jam olim deleta fuit, errori scriptoris tribuenda; quum articuli *τὸν* posterioris literae vestigia supersint, *πρεσβύτερον* supplendum censuerim.

Vs. 25. *προςπεπτωκότος μοι*, *quum mihi acciderit.* Ex iis quae sequun-

tur conjecerim Marmotidem contra ipsum Epistatam injuriae accusationem scripsisse. Sed pluribus vitiis vss. 26 et 27 scatent: unum quod dubium creare potuisset, *τὴν τούτου γυναῖκα*, quum mariti nomen proxime non praecessisset, ipse Isidorus jam correxit, superscripto *Μάρμωτιν;* in reliquis primum haesitasse videtur utrum scriberet *ἐμοῦ ἐγκεκληκέναι* vel *ἐγκεκλῆσθαι*, an, phraseos constructione mutata, *κατ' ἐμὲ ἔγκλημα γεγραφέναι ὡς ὑβρικότα*, *quum mihi acciderit, ut Marmotis accusationem contra me scripserit, quod injuste egerim, injuria eam affecerim.* Vocem *ἐπ'* quoque ipse Isidorus delevisse videtur. Accusationem contra Isidorum, non vero contra Hermiam, aliumve motam fuisse a Marmotide putaverim, quoniam Isidorus petit a Cratero ut ipsi sese defendendi aut expurgandi facultatem praeberet, vs. 31, et ne amplius vexaretur curaret (vs. 32). *Ἀπολογίσωμαι* per iotacismum pro *ἀπολογήσωμαι* scriptum puto. Alterum quod a Stratego petit Epistata est, ut jubeat (vss. 33 et seqq.) ad Ammonium Hypostrategum, testes citare Ptolemaeum, aliosque, qui nominantur vss. 35—37.

Vs. 34. *παρ' οὗ εἰμι*, *apud quem sum, cui adsum, cui minister adjunctus sum.* De significatione dictionis *ὁ παρά τινός* egit A. Peyron ad *Pap. Taur.* IV. vs. 20. pg. 33, et *Pap. Zoïd.* vs. 2. pg. 21. — *Καταστῆσαι.* Sensu activo *καθιστάναι* significat *in judicium vocare, citare.* Vid. A. Peyron ad *Pap. Taur.* I. 1. vs. 9. annot. pg. 58.

Vs. 35. *Περίταν.* In fine praecedentis versus excidisse putaverim *τόν τε;* si superiora integra essent, idem Peritae nomen ibi jam legissemus.

Vs. 38. *ὑπὲρ τῶν [α]τ ἐμέ*, legendum fortasse *ὑπὲρ τῶν κατ' ἐμέ*, *de iis quae contra me (perpetraverint).*

Vs. 40. *[ἀντιλή]ψεως.* Vox facile restitui potuit ex similium libellorum formula finali; cff. v. b. c. *Papp. Taurr.* V. et VI. et A. Peyron ad *Pap.* III. vs. 49; ubi eadem significatione dicitur: *τούτου δὲ γενομένου ἔσομαι βεβοηθημένος.* In *Vat.* D. vs. 21. est: *τούτου δὲ γενομένου τευξόμεθα διὰ σὲ ἀντιλήψεως;* in *Brit.* III. vss. 24 sqq. *τούτου δὲ γινομένου ἐσόμεθα τετευχυῖαι τῆς παρὰ σοῦ βοήθειας*, et in *Brit.* XV. vs. 30. *τούτου δὲ γενομένου τεύξομαι βοήθειας.*

PAPYRI B, C, D, E.

PAPYRI CAUSAM THAUETIS ET THAUTIS, GEMELLARUM IN SERAPIEO MAGNO PROPE MEMPHIDEM, SPECTANTES.

Reperti sunt papyri hi Memphide, quod diserte de tribus prioribus testatur monumentorum ab ANASTASIO, V. Illustr., collectorum index; quartum in eodem loco repertum fuisse ex argumento ejus facile colligitur. Pertinuerunt autem sive ad acta Serapiei magni, sive ad acta aliaque instrumenta negotiorum gestionem Ptolemaei cujusdam Glauciae filii, Macedonis, spectantia. In vase figulino instrumenta haec fuisse condita, quemadmodum affirmat B. Peyron in opere quod infra citabimus, certo quidem testimonio probari nequit, at veri valde simile est, si et alios plerosque ejus generis papyros in ejusmodi vasibus conditos ab Arabibus repertos fuisse cogitemus.

Ad eandem gemellarum causam pertinent quinque papyri, in Bibliotheca Regia Parisiensi asservati, tredecim qui cum monumentis SALTIANIS Museo Brittannico accesserunt, alii denique duo qui in Bibliotheca Vaticana servantur. Posteriores hi a Majo in *Classicorum auctorum e Vaticanis Codicibus editione* Romae, sunt editi; Papyri Musei Brittannici, jubentibus Curatoribus, anno 1839 prodierunt curante J. Forschall, titulo: *Description of the Greek Papyri in the British Museum*, Part I; forma quarta majori; quos omnes, tum *Britannicos*, tum *Vaticanos*, repetivit, addita commentatione eruditissima, Bernardinus Peyron, inserta Vol. III[i] seriei 2[ae]. *Commentariorum Academiae Regiae Scientiarum Taurinensis*, titulo: *Papiri Greci del Museo Britannico di Londra e della Biblioteca Vaticana.* Torino 1841. forma 4[a] majori. *Parisienses* editurus est Letronne in Vol. II° operis cui titulus: *Recueil des inscriptions Grecques et Latines étudiées dans leur rapport avec l'histoire politique, l'administration intérieure, les institutions civiles et religieuses de ce pays, depuis la conquête*

d'Alexandre jusqu'à celle des Arabes; cujus operis Vol. I^um. prodiit Parisiis 1842. forma 4^a. De nostris denique copiose egit Reuvensius, *Lettres à M.* Letronne, Ep. III. Art. XIII, pgg. 79—103.

Magno subsidio in explicandis Musei antiquarii papyris, Reuvensio fuerunt apographa et collationes instrumentorum eandem causam spectantium, in Bibliotheca Parisiensi servatorum, quae, quum anno hujus saeculi vigesimo nono Parisiis degeret, ipsi describenda praebuerat Letronne *V. Cl.*, quocum et ipse Reuvensius eodem tempore papyros *Musei Lugd. Bat.* communicavit, fide utrimque data ne alter alterius MStorum textus ederet. Fidem autem a magistro et decessore datam ab discipulo probe servandam fuisse non opus est ut moneamus; quapropter et nos eorumdem subsidiorum usum grato animo agnoscimus, ipsos vero *Parisiensium* Papyrorum textus linquimus intactos.

De Serapieo (*τῷ ἐν* vel *πρὸς Μέμφει*, *πρὸς Μέμφιν*, *μεγάλῳ Σεραπιείῳ*) abunde egerunt Reuvensius, l. c. pgg. 82—84 et B. Peyron pgg. 4—9. Letronne *Recueil* etc. pgg. 268, seqq. Erat autem magnum templum et area SERAPIDI deo, eidem qui OSORAPIS, dicata, atque ita in viciniis Memphidis urbis, quacum sphingium dromo cohaerebat, sita, ut et *ἐν* et *πρὸς Μέμφει* vel *Μέμφιν* dici posset. Magni (*τοῦ μεγάλου*) nomine distinguebatur ab altero, quod Alexandriae exstruxerat Alexander. In eadem area porro plures aliorum deorum aedes inveniebantur: AESCULAPII (*τὸ Ἀσκληπιεῖον*) cui deo SERAPIDEM assimilaverant Graeci; templum APIDIS (*τὸ Ἀπιεῖον*); dei PHTAH, sive VULCANI, (*τὸ Ἡφαιστιεῖον*); ANUBIDIS (*τὸ Ἀνουβιεῖον*), ASTARTES (*τὸ Ἀσταρτιδεῖον*), et ISIDIS, nisi potuis statuendum hanc deam, Serapidis paredram, in eodem dei templo cultam fuisse. Quae omnia, et Aesculapii templum in primis, magnum sacerdotum, aliorumque sacrorum ministrorum numerum et famulorum, servorum, ancillarumque familiam requirebant, ita ut Magnum Serapieum cum aedificiis ad illud pertinentibus satis amplum terrae spatium occupasse facile statuere possimus.

Inter eos Magni Serapiei incolas nonnulli *ἐν κατοχῇ* esse dicebantur. Erat *κατοχὴ* illa inclusio voluntaria, a vita coenobitarum nonnullorum haud multum diversa, cui nonnulli sese obstrinxerant, et qua durante Serapiei fines transgredi non poterant. (Vid. B. Peyron Op. c. p. 12),

Claustralis ejusmodi vitae jam annum decimum agebat Ptolemaeus, Glauciae filius, Macedo, quo tempore *Musei Lugduni Batavi Papyrus* B, scriptus fuit; eumque post quintum annum adhucdum in eadem inclusione degisse scimus ex *Pap. Mus. Brit.* II. vs. 7. Quae tamen non impediebat quominus aliorum in eadem *κοτοχῇ* versantium res ipsius curae mandarentur, in quibus ut et in aliis

negotiis obeundis sibi adjunxerat Armaidem quemdam, quem in *Pap. Vatic.* B. vs. 16 *τὸν παρ' ἐμοῦ* vocat, et qui, ut ex *Pap. Brittann.* XV. vs. 2 docemur, ipse *ἐν κατοχῇ* degebat. Quum autem Serapiei fines egredi Ptolemaeo non liceret, Apollonium, fratrem natu minorem, assumserat qui ipsius nomine in urbe Memphide ageret; et praeter hunc in Gemellarum causa mandatarium nominaverat Demetrium, Sosi filium, Cretensem, vid. *Pap. Lugd. Bat.* B. 2. vs. 8.

Gemellae illae, Thaues et Thaüs, Nephoritis filiae, (*Pap. Lugd. Bat.* B. 1. vs. 17) post magnum Luctum (*τὸ Πένθος*) ob Apidem taurum mortuum mense Phamenoth anni XVII[i] Ptolemaei Philometoris, cum novo Apide invento et post duos menses Nilopoli Memphidem adducto, die 16° mensis Pachons, Magnum Serapieum intraverant, ut ibi sacro quodam munere apud eundem taurum fungerentur. Praeterea colebant Deum (*ἐθεράπευον*) pro salute regis, et magnas liturgias perficiebant Deo, sive sacrum munus obibant in Serapieo (*ποιούμεναι μεγάλας λειτουργίας τῷ θεῷ*, *Pap. Brit.* III. 16; *λειτουργοῦσαι εν τῷ — μεγάλῳ Σαραπιείῳ*, *Pap. Lugd. Bat.* B. et *Papp. Pariss.* A et B) et Aesculapio libabant. Pro quibus omnibus salarium accipiebant quotannis metretam olei Sesamini et metretam olei ricini, *Cici* dicti, praeterea 8 artabas olyrae quovis mense, sive 8 panes qui *Cyllestes* vocabantur quotidie; tres denique quotidie panes coctos ex templo Aesculapii. (Vid. B. Peyron, op. c. pg. 19). Salarium anni XVII[i], ejusdem quo munus suum in Serapieo adierant gemellae, solutum quidem fuerat, sed a Nephorite ejusque filio injuste ablatum, qui praeterea duarum domorum, quas possidebant Thaues et Thaüs, mercedem menstruum e longo jam tempore in proprium usum converterant. Anno sequenti sive ob rerum publicarum conditionem turbatam, sive ob Nephoritis oppositionem sibi, matri, salarium filiabus debitum solvendum esse contendentis, nihil acceperant gemellae; quapropter libello Serapionem Hypodioecetam adierant, petentes ut oleum anni XVIII[i]. ipsis solvendum mandaret. (Vid. *Pap. Lugd. Bat.* B. 2, vs. 13). Libellus hic continetur Musei Britannici *Papyro* III; in eo autem nullam mentionem faciunt olyrae, aut panum coctorum; sive quoniam ea ad illud usque tempus rite acceperant, sive quoniam omnium debitorum solutionem simul petere non audebant, et oleo soluto reliqua sibi facilius concessum iri opinabantur. Posterius hoc significare videntur *Pap. Lugd. Bat.* B. 2, vss. 14—16, in quibus dicitur Sarapion jussisse, ut oleum sesaminum et Cici XVIII[i]. anni gemellis praeberentur, et panes cocti, inde a 7° die (mensis 6[ti]) Mechir usque ad (mensem 12[um]) Mesori. Sarapionis mandato male obtemperantibus minoribus ministris, ne res diutius traheretur, ipsaeque necessario victu privatae templum relinquere cogerentur, gemellae libellum scripserunt ampliorem, quem Ptolemaeo Philometori regi et Cleopatrae reginae, Magnum Serapieum Diis sacrificandi consilio visitantibus, obtulerunt, anno XX° ineunte. Continet

libellum istum

PAPYRUS B.

Papyrus est pulcherrimus, altitudine 0.33, longitudine 0.73; integer autem quum esset 0.80 circiter longus fuisse videtur. Textus in tribus columnis est scriptus, quarum prior 23 versus habet, altera 22 constat, tertia 19. In initio prioris columnae desunt uniuscujusque versus literae 17—20 priores. Inter columnas singulas spatium vacuum relictum est 0.03—0.04, margines superiores et inferiores lati circiter 0.04. Scripturae nitidissimae specimen offert Tab. I. 2, subscriptiones omnes delineatas exhibemus Tab. eadem, 3.

Columna Iª.

[Βασιλεῖ Πτολεμαίῳ κ]αὶ βασιλίσσῃ Κλεοπάτρᾳ θεοῖς Φιλομήτορσι χαίρειν. [Θαυῆς καὶ Τάους δί]δυμαι αἱ λειτουργοῦσαι ἐν τῷ ἐν Μέμφει μεγάλῳ [Σαραπιείῳ...... τῶ]ν μεγίστων θεῶν Ἴσιος καὶ Σαράπιος, κατὰ τὸ καλῶς [καὶ κατὰ πᾶσ]αν εἰρήνην τὰ πράγματα ἀγειοχότων, εἰς τὸ τὸν ....]τοῖς ἀδικουμένοις μεμερισμένον δύνασθαι τοὺς .... τυγ]χάνειν τῶν δικαίων, παντάπασιν δὲ καὶ τὰ τοῖς ....]γίνεσθαι ὑπὸ τὴν σὴν εὐγνωμοσύνην, βασιλεῦ μέγιστε..........]μᾶλλον αὐξάνεσθαι ἀκολούθως τῇ τῶν προγόνων προαιρέσει........]περ ἐπὶ τῆς καθ' ἡμᾶς λειτουργίας ἑτέρων ἀρχαίων ....]ο αἷς εὐτάκτως ἐτίθετο ἡ σύνταξις ὧν χρόνων [διαμένουσιν ἐν τ]ῷ ἱερῷ, ὧν τὴν ἀπόδειξιν τῆς εἰς αὐτοὺς[1]) τιθε[μένης συντάξεως] ἄρτων πεπτῶν, καὶ ἐλαίου σησαμίνου, καὶ κίκιος, [καὶ ὀλύρας ὡς γ]ραπτόν ἐστιν ἐν τοῖς ἀρχαίοις διαλογισμοῖς, ὥστε ....]τειν ἐπὶ τοῖς κάθ' ἡμᾶς τῶν ὁμοίως ἡμῖν λειτουρ[γουσῶν, ἡμῖν δ'εὐτά]κτως οὐκ ἐκτίθεται πάντα· χωρὶς γὰρ τὸν προ-................]έχειν ἔτι καὶ τὰ καὶ ὡς πρότερον ἐκτεθέντα, ὧν ....]Νέφοριν τὴν μητέρα ἡμῶν ἐφθαρμένην καὶ .... τὸν υἱὸ]ν αὐτῆς μὴ μόνον ἀπενηνεγμένους εἰς τὸ ἴδιον ....]θαι, ἀλλὰ καὶ ἀφ' ὧν ἔχομεν οἰκιῶν β' ἀναιροῦ[σιν τὸν μισθὸν κ]ατὰ μῆνα χάλκου ∟ ϙσ', χρόνον ἤδη, καὶ [οὐκ ἐθέλουσιν]ἀποδιδόναι. Ἐπεὶ οὖν πρὸ τῆς εἰς τὸν προχει-................]χρείας ἔτι νηπίας οὔσας τὸ θεῖον βραβεύσας [ὁ πατὴρ ἀπέδωκεν]εἰς σύστασιν Πτολεμαίῳ Γλαυκίου, Μακεδόνι

[1]) Corr. αὐτάς, intellecto διδύμας.

Columna 2ª.

τινὶ ὄντι ἐν κατοχῇ ἐν τῷ αὐτῷ ἱερῷ ἔτος τοῦτο δέκατον, ὃν ταῖς πρὸς ἡμᾶς εὐεργεσίαις εὐδοκιμηκότα, διαπαντὸς προνοεῖσθαι ἡμῶν εἰς τὸ μηθὲν τῶν ἀναγκαίων ἡμᾶς ὑστερεῖν, οὐ κατὰ προγονικὴν αἵρεσιν τοῦτο συντηροῦντα, κατὰ πρόσταγμα δὲ τοῦ θεοῦ, ὥστ' ἂν φανερῶς λέγειν τοὺς πλείστους τῶν ἀγνοούντων, δι' ἣν ποεῖται[1]) *ἡμῶν προστασίαν, πατέρα· διὸ τὴν μὲν ἐν τῷ ἱερῷ ἡμῶν ἐπιμέλειαν καὶ τὴν τοῦ βίου μέριμναν, εἰς τὸ μηθὲν ἡμᾶς τῶν δεόντων ἐγλιπεῖν*[2]), *συντετηρημένως πρὸς το θεῖον ἑκουσίως ποεῖ*[1])· *συνεστακότος δ' ἡμῖν τινα τῶν σαυτοῦ*[3]) *συνήθων, Δημήτριον Σώσου, Κρῆτα, πραγματευσόμενον ὑπέρ τε τῆς προσοφειλομένης ἡμῖν πρὸς τὸ ιη' ∟ καὶ τῆς μετὰ ταῦτα ἐκτεθησομένης συντάξεως, καὶ ὑπὲρ ὧν ἂν προσδεώμεθα ἑτέρων, ὄντα [ἐκ]τὸς τοῦ ἱεροῦ ἐπιτελέσοντα. Ὄντων δὲ τῶν προσοφειλομένων ἡμῖν πρὸς τὴν σύνταξιν, ὑπὲρ ὧν καὶ Σαραπίωνι τῷ ὑ[π]οδιοικητῇ ἐντυχοῦσαι δι' ὑπομνήματος, συνετάγη*[4]) *ἀποδοῦναι πρὸς τ[ὸ] ιη' ∟ ἐλαίου σησαμίνου μετρητὴν α', καὶ ἄρτων πεπτῶν τῶν πρὸς τὸ αὐτὸ [ἔ]τος ἀπὸ ζ' τοῦ Μεχεὶρ ἕως Μεσορὴ, καὶ κίκι· τὸ μὲν γὰρ τοῦ ιζ' ∟ ἔτους, ἐκτεθὲν ἔλαιον ἡ προγεγραμμένη Νέφορις καὶ ὁ υἱὸς αὐτῆς ἀπενηνεγμένοι εἰσὶν εἰς τὸ ἴδιον. Δεόμεθα οὖν ὑμῶν, τῶν πάντων κοινῶν Σωτήρων, μὴ ὑπεριδεῖν ἡμᾶς παρελκομένας ὑπὸ τῶν πρὸς τα[ῖ]ς πραγματείαις, μὴ δυναμένας τὴν καθήκουσαν σύνταξιν εὐμαρῶς κομίσασθαι, χωρὶς διὰ τὴν τῆς Νεφόριτος ἀντιπαραγωγὴν, ἄλλως δὲ τῷ μηθὲν ἔχειν πλὴν τοῦ Πτολεμαιου καὶ τοῦ τούτου συνήθους Δημητρίου, ἐὰν ὑμῖν δοκῇ,*

Columna 3ª.

ἀποστεῖλαι ἡμῶν τὴν ἔντευξιν ἐπὶ Διονύσιον τῶν φίλων καὶ στρατηγὸν, ὅπως, ἐπεί ἐστιν τὰ ἀξιούμενα πρότερον μὲν ὑπὲρ τοῦτον[5]) *Δημήτριον προσδέξασθαι, ἐπιτελοῦντα τούς τε ὑπὲρ τῆς συντάξεως χρηματισμοὺς, καὶ ὃ ἂν ἄλλο συντάσσωμεν ἕως ἐσμὲν ἐν τῷ ἱερῷ, τοῦτο ἡμῖν ἀπὸ τῆς ἐντεύξεως ἐπιχωρηθῇ, ὅπως μηθενὶ ἐξῇ κατὰ τοῦτο ἡμῖν ἐνποδίζειν, προνοηθῇ δ' ἵνα καὶ τῶν πρὸς ταῖς πραγματείαις προσκληθέντων τῶν προσοφειλόντων τὸ ἔλαιον καὶ τὸ κίκι· ὁμοίως δὲ καὶ Ψινταέους τοῦ ἐπιστάτου*

---

[1]) Pro *ποιεῖται*, *ποιεῖ*. — [2]) Corr. *ἐκλιπεῖν* vel *ἐλλιπεῖν*. — [3]) Corr. *ἑαυτοῦ*. — [4]) Corr. *συνετάγη*. — [5]) Corr. *τούτων*. —

καὶ Ἀμώσιος τοῦ παρ᾽ αὐτοῦ, τῶν ὁμοίως τὴν ὄλυραν παρειλ[κ]υκότων οἷς συνετάγη ἀποδοῦναι, καὶ οὗτοι ἐπ[α]ναγκασθῶσιν ἀποδοῦναι, καὶ τῆς Νεφόριτος καὶ τοῦ υἱοῦ αὐτῆς κατασταθέντων ὑπὲρ ὧν ἐγκαλοῦμεν αὐτοῖς, καὶ τούτων τὴν ἀποκατάστασιν ἡμῖν γενηθῆναι. Τούτου δὲ γενομένου δυνησόμεθα τὴν καθ᾽ ἡμᾶς λειτουργίαν ἀμέμπτως τῷ μεγίστῳ θεῷ Σαράπει ἐπιτελεῖν, ὃς διδοίη σοὶ μετὰ τῆς Ἴσιος νίκην, κράτος τῆς οἰκουμένης ἁπάσης.

Εὐτυχεῖτε.

Subscriptiones.

I.

a . . . . *α.*
b . . . . *κε* . . . . *υν.*
c . . . . *νεσια Ἀθὺρ ιά* ∟ . . . . .
d . . . .
e . . . . *α. . . . ακ . . . . ια* . . . .
f . . . . . *μει* . . . .

II.

Ἐπὶ τῆς ἐντεύξεως ὑπο . . . .

III.

Ἀσκληπιάδει ἐπισκέψασθαι· εἰ καὶ πρότερον εἴληφαν καὶ νῦν δοῦναι . ∟ *κ′ Θω[οὺ]θ ς′.*

IV.

Σαραπίωνι ἐπισκέψασθαι. ∟ *κ′ Φαωφὶ κ′*

V.

Αἰτεῖν ἤδη τὸν ἀντιγραφέα τίν᾽ αὐταῖς καθήκει, καὶ τίνα εἰς ταῦτα ἔχουσιν, καὶ τί ∟ *ιθ′, Μεσορὴ λ′.*

Columna 5ª.

[»Regi Ptolemaeo e]t reginae Cleopatrae, diis Philometoribus, salutem (dicunt) [Thaues et Taüs ge]mellae, perficientes liturgias Memphide in magno [Serapieo . . . . .] maximorum deorum Isidis et Serapidis, ut recte. . . . . . pater tradidit in tutelam Ptolemaeo Glauciae filio, Macedoni"

Columna 2ª.

»alicui, viventi in claustro in eodem templo annum hunc decimum, quem ob collata in nos beneficia laudatum semper prospexisse nobis (fatemur), ita ut nihil necessariorum nobis desit, non secundum avitam consuetudinem hoc observantem, verum secundum jussum dei, ut aperte (eum) dicant plurimi ignorantes, ob eam quam gerit nostri curam, patrem; propterea in templo quidem nostri tutelam et victus curam ut nihil necessariorum nobis desit, divino numini obsecutus sponte gerit. Constituto vero nobis aliquo ex suis familiaribus, Demetrio Sosi filio, Cretensi, acturo de eo quod debetur nobis anni XVIIIⁱ et quod postea decernetur tributo, et de omnibus reliquis quibus indigeamus, qui (haec) degens extra templum perficiat. Quum autem debeantur nobis tributi nomine, de quibus et Sarapionem Hypodioecetam adivimus per libellum, jussum est ut solverentur XVIIIⁱ anni olei sesamini metreta I, et panum coctorum ejusdem anni inde a 7° Mechir usque ad Mesori (mensem), et Cici; nam XVIIⁱ anni decretum oleum supra nominata Nephoris et filius ipsius abstulerunt in suum (usum). Precamur igitur a vobis, totius universi servatoribus, ut non sinatis nostram rem trahi ab iis qui negotiis praepositi sunt, quum non possimus debitum tributum sine molestia adipisci, tum ob Nephoritis hostilem oppositionem, et praeterea quoniam neminem habemus praeter Ptolemaeum et hujus familiarem Demetrium; si vobis videatur,"

Columna 3ª.

»mittatis nostrum libellum ad Dionysium (unum) Amicorum et Strategum, ut, quoniam quae petuntur prius quidem ea spectant, Demetrium admittat exsequentem circa tributum rescripta, et quodcumque aliud nobis decernatur, quamdiu degimus in templo, ut hoc nobis ex libello concedatur, ut nemini liceat hac in re nos impedire, et provideatur ut et, iis qui negotiis praepositi sunt in judicium vocatis debentibus oleum et Cici, et similiter Psintaë Epistata et Amosi, qui apud eum munus obit, qui eadem ratione olyram omiserunt quibus jussum erat dare, et hi cogantur dare, et Nephorite et filio ipsius in judicium perductis ob ea quorum accusamus ipsos, et horum restitutio nobis contingat. Hoc autem facto poterimus nostram liturgiam probe maximo deo Serapidi perficere, qui det tibi cum Iside victoriam et imperium terrae universae."

»Felices estote!"

Subscriptiones.

I.

. . . .

II.

»In libello . . . .

III.

»Asclepiadi ut inquirat. Si et antea acceperint etiam nunc dabitur. — Anni XX[i] Thouth 6°."

IV.

»Sarapioni ut inquirat. Anni XX[i] Phaophi 20°."

V.

»Rogare jam Contrascribam, quaenam ipsis debeantur, et quaenam hucusque habeant, et quid Anni XIX[i] Mesori 30°."

Columna ϑ^a.

Vs. 1. [*Βασιλεῖ Πτολεμαίῳ κ*]*αὶ βασιλίσσῃ Κλεοπάτρᾳ, θεοῖς Φιλομήτορσι.* Initium versus restituimus ex duobus *Papp. Parr.* A et B, et *Brit.* II, qui omnes regi et reginae iisdem oblati fuerunt. Est autem Ptolemaeus ille Philometor I, ut docet Reuvensius, l. c. pg. 89, quem XIX° regni anno salvum ex peregrinis regionibus reducem, Memphidem adiisse ut ibi in Serapieo sacrificaret, discimus ex duobus *Papp. Pariss.* A. et B. Hac autem opportunitate usae, gemellae regi ipsi libellum suum tradidisse videntur. Ad annum XIX[um] porro (164 A. C.) papyrum esse referendum, patet ex vs. 24, ubi Ptolemaeus, gemellarum curator, dicitur jam decimum annum *ἐν κατοχῇ* versari; quum autem, secundum *Papyrum Brit.* II. 7, anno Philometoris XXIV° quintum et decimum jam annum *ἐν κατοχῇ* degeret, annus decimus cum XIX° regis ejusdem convenire debuit. Priori denique anni parte libellum traditum conjicere possumus ex eo. quod nulla in eo mentio facta est salarii debiti anni XIX[i], et quod subscriptiones primi mensis anni XX[i], aliis superscriptae sunt, quae ad annum XIX[um] sunt referendae; has vero haud ita statim libello additas prodit *Pap. Paris.* A, in quo regi in memoriam revocant libellum nostrum.

Vs. 2. [*Θαύης καὶ Τάους δί*]*δυμαι.* Haec quoque nomina ex *Papyris* iisdem restitui potuerunt; in aliis nonnullis diversa ratione scribuntur: alterum *Τάγης*, *Ταύης*, *Θαύτης*, *Θάους*, quod posterius errori calami videtur tribuendum, alterum *Θάους.* Filiae erant Nephoritis (vid. vs. 17) de cujus vita plura continentur in *Papyris Parisiensibus;* fratris nomen periit cum initio vs. 18; sororem nomine *Ταθήμιος* cognoscimus ex *Pap. Brit.* XV, ab eadem Nephorite

matre injuria affectam. Gemellae dicuntur, sive quoniam uno partu natae erant, sive ex Aegyptiorum Sacerdotum more collegas fratrum nomine appellantium; de quo vidd. quos citavit Reuvensius Op. c. III. pg. 84. Priorem vero rationem praetulerim. Ceterum in *Pap. Taurin.* XIII. vss. 10 et 11 sermo est de Thauëte, quae et Asclepiadis nomine vocabatur, et eadem fortasse est habenda quae altera gemellarum, postquam Serapieum reliquerat, Psammeo cuidam nupta. In eodem saltem papyro, die 15 mensis Tybi anni XXXIV[i] inscripto, vs. 17 legitur nomen Psintais, quo in actis causam gemellarum spectantibus vocatur Praefectus quidam templorum.

Vs. 3. [*Σαραπιείῳ.... τῶ*]*ν μεγίστων, θεῶν Ἴσιος καὶ Σαράπιος*. In *Papp Pariss.* A et B legitur tantum *ἐν τῷ πρὸς Μέμφει μεγάλῳ Σαραπιείῳ*, ita ut quae vox post *Σαραπιείῳ* exciderit inde eruere non possimus.

Quae a versu 5 usque ad 23, postremum hujus columnae, sequuntur, Latine interpretati non sumus, quoniam ob lacunas in principio versuum verborum omnium significatio enucleari posse non videtur. Quae supplevimus, uncis quadratis inclusa, omnia fere Reuvensio debentur, praeter vs. 13 initium, quod potius vocibus *καὶ ὀλύρας ὡς γ*, quam, veluti conjecerat Reuvensius, *μετρητὴν ἕνα ὡς γ*, supplendum esse censuimus, quoniam in fine libelli, Col. 3[a], vs. 11, olyrae quoque mentio facta est.

Priores versus 4—8 votum continere videntur; vss. 9—15 gemellae exponunt de iis quae prioribus gemellis ex decreto regio tribui solita erant, quaeque eadem sibi quoque vindicant; vss. 16—21 dicunt Nephoritem ejusque filium salarium ipsarum nomine accepisse et praeterea duarum aedium mercedem in suum usum convertisse; vss. 21—23 docent patrem mortuum curatorem ipsarum nominasse Ptolemaeum Glauciae filium.

Quod ad singula verba animadvertimus haec:

Vs. 4. *ἀγειοχότων* scribitur pro *ἀγηοχότων*, pf. Att. vb. *ἄγειν*.

Vs. 9. *λειτουργίας*. *Λειτουργίαι* sunt *sacri muneris officia; λειτουργίαν ἐπιτελεῖν* itaque, Col. 3[a] vss. 17, 18, *λειτουργίας ποιεῖσθαι*, veluti in aliis papyris legitur, et *λειτουργεῖν* significant *sacro munere fungi*, *sacri muneris officia exsequi*, *praestare*. — *τῆς καθ' ἡμᾶς λειτουργίας* dicitur pro *τῆς ἡμετέρας λειτουργίας*. Peyron in *Pap. Taur.* I. *τὰ καθ' ἡμᾶς* vertit *res nostrae*, vid. ejus operis Pars I. ann. pg. 28 ad vs. 30.

Vs. 10. *σύνταξις* dicitur *salarium* annuum sive frugibus constans sive pecunia, in usum templorum constitutum; vidd. *Inscr. Ros.* vss. 14 et 15, quos citarunt Reuvensius *Lettres*, III pg. 87 et B. Peyron, pg. 54.

Vs. 11. *ἀπόδειξιν*. *Ἀπόδειξις* hic non tantum est *enarratio*, *enumeratio*, sed *probationis* quoque significationem habet. Hoc enim indicare videntur gemellae, ipsis solvendum esse salarium etiam eo probari quod priores gemellae idem salarium acceperant.

Vs. 12. *ἐλαίου σησαμίνου* et *κίκιος* appellationibus altera *oleum* ex *sesamo* factum, altera *oleum ricinum* indicatur. Cf. B. Peyron, pgg. 21, 22.

Vs. 15. *ἐκτίθεται.* *Ἐκτίθεσθαι* dicitur quodcumque *ex regis decreto* alicui *solvitur.* Ita *ἐκθεῖναι ὀψώνιον* legimus in *Pap. Brit.* II. 21, 42, 62, 70. Cf. B. Peyron, pg. 35. In vs. seq. fortasse pro *καὶ ὡς* legendum *καλῶς.*

Vs. 20. *κατὰ μῆνα χαλκοῦ ∠ ας'*, *quovis mense aeris drachmarum* 1200. Primum siglum drachmae nota est, (vidd. A. Peyron, *Papiri Greco-Egizi di Zoïde*, pgg. 31. 36. Reuvens *Lettres*, III. pg. 110). Quum autem quovis mense pro duabus aedibus 1200 drachmae aeris solverentur, totius anni merces erat 14400 drachmarum, quae (secundum B. Peyron, Op. cit. pgg. 77,78) summae aequantur argenti drachmarum 120.

Vs. 21. *σύστασιν.* *Σύστασις* est *auxilium, cura; ἀποδοῦναί τινα εἰς σύστασιν* idem est quod *συνιστάναι τινά τινι*, (vid. *Col.* 2[a] vs. 8.) *committere alicujus curae aliquem, nominare aliquem procuratorem alicui; συστῆναί τινι adsistere alicui.* Cf. Reuvens *Lettres*, III. pg. 8; B. Peyron pg. 54.

Columna 2[a].

Vs. 1. *κατοχῇ*, vid. supra p. 7. Annum decimum convenire cum XIX° Philometoris I[i], vidimus supra pg. 14.

Vss. 1, 2. *ὃν — εὐδοκιμηκότα.* Accusativus pro nominativo positus; *ὃς — εὐδομιμηκὼς — προνοεῖται ἡμῶν — συντηρῶν*, fortasse ut conveniret cum *πατέρα* vs. 28.

Vs. 5. *προστασίαν.* *Προστασίαν ποιεῖσθαί τινος* idem fere est quod *συστῆναί τινι adsistere alicui, alicujus curam gerere.*

Vs. 8. *συνεστακότος δ' ἡμῖν τινα — ἐπιτελέσοντα.* Si primum verbum ad Ptolemaeum est referendum, legendum erit *συνέστησε δ' ἡμῖν* etc.; sin vero ad ipsum Demetrium, quae sequuntur quoque in genitivo efferenda: *συνεστακότος δ' ἡμῖν τινος — Δημητρίου — Κρῆτος, πραγματευσομένου — ἐπιτελέσοντος.*

Vs. 10. *πρὸς τὸ ιη' ∟*, id est *πρὸς τὸ ιη' ἔτος.* Posterius siglum proprie nota est vocis *Λυκάβας*, sed *ἔτος* lectum fuisse probat articulus *τό*, et patet quoque ex vs. 16°, ubi additur: *τοῦ ιζ' ∟ ἔτους.*

Vs. 13. *Σαραπίωνι τῷ ὑποδιοικητῇ.* Sarapion *Proadministrator aerarii* erat; Reuvensius *Lettres*, III. pg. 62 vertit *Sous-intendant des finances.* Fortasse haud abs re erit hoc loco omnes memorare magistratus et ministros, aliosque, quorum in Papyris Gemellarum mentio fit. Sunt autem sequentes:

Achomarrhes, Praefectus (*Ἐπιστάτης*) templi, sive Serapidis, sive Aesculapii, in Serapieo prope Memphidem. (*Pap. Paris.* A. vs. 22.)

Amosis, Delegatus vel minister Praefecti templorum in Serapieo (*ὁ παρὰ τοῦ*

ἐπιστάτου τῶν ἱερῶν. *Pap. Lugd. Bat.* Col. 3[a], vs. 11; ὁ διαδεχόμενος αὐτόν (Psintaëm, Praefectum templorum). *Pap. Vat.* C. 14.

Apollonius, Curator (Ἐπιμελητής). *Pap. Par.* A. vs. 41.

Apollonius, Frater Ptolemaei Glauciae filii, natu minor, ejusque mandatarius in urbe Memphide. *Papp. Britt.* II. passim, V. 9.

Areus, Unus ministrorum cavae olei sesamini templorum (τῆς ἐλαϊκῆς ἱερῶν σησαμίνου) Serapiei. *Papp. Britt.* VII. 4, VIII. 9.

Asclepiades, Administrator (Διοικητής) et Praefectus Satellitum. (Ἀρχισωματοφύλαξ). Vid. *Pap. Lugd. Bat.* B. subscriptio 3, et *Pap. Brit.* VI. vss. 42, 43.

Asclepiades, Minister cavae olei sesamini templorum (ὁ πρὸς τῇ ἐλαϊκῇ ἱερῶν σησαμίνου) Serapiei. *Pap. Brit.* VIII. 3.

Chrysippus, Unus ministrorum ejusdem cavae. *Papp. Britt.* VII. 3, VIII. 8.

Craterus, Procurator Dorionis Argentarii (Χειριστὴς ὁ παρὰ Δωρίωνος). *Papp. Britt.* VII, 2; VIII, 6, 7.

Demetrius, Sosi filius, Cretensis, primorum Eumeli, τῶν προτέρων Εὐμήλου, mandatarius Ptolemaei in causa gemellarum. *Pap. Lugd. Bat.* Col. 2[a], vs. 9, E. 2, 3. *Britt.* VIII. 1, 2; VI. 30, 50.

Dionysius, Unus amicorum et Praefectus Nomi Memphitici, τῶν φίλων καὶ στρατηγός). *Papp. Lugd. Bat.* B. Col. 3[a], vs. 1, 2; *Parr.* A et B, *Brit.* XV. 1.

Dionysius, Minister cavae olei sesamini templorum (ὁ πρὸς τῇ ἐλαϊκῇ ἱερῶν σησαμινου) Serapiei. *Pap. Brit.* VIII. 2.

Dorion, Contrascriba in urbe Memphi, (Ἀντιγραφεύς, ὁ ἀντιγραφόμενος τὰ κατὰ Μέμφιν), Gallice *Contrôleur. Pap. Brit.* IV. 10, X. 3.

Dorion, Argentarius (Τραπεζίτης), Gallice *Banquier. Papp. Britt.* VII. 3, VIII. 7, fortasse idem qui praecedit.

Menedemus, Dionysii Strategi Minister in templo Anubidis, in Serapieo. *Pap. Vat.* B. 18.

Mennides Curator, (Ἐπιμελητής). *Pap. Lugd. Bat.* E. vs. 12, D. vs. 18; *Paris.* C; *Brit.* VI. 28, X. 10; et *Vat.* C. 10. Reuvensius putaverat Mennidem istum Curatorem fuisse templorum, quoniam in *Pap. Lugd. Bat.* E, vss. 12, 13, legitur: Μεννίδει τῷ ἐπιμελητεῖ τῶν ἱερῶν; sed posteriores duas voces non pertinere ad vocem ἐπιμελητεῖ verum ad Ψινθάῃ τῷ ἐπιστάτῃ, quae in *Lugd. Bat.* omissa sunt, infra docebimus.

Nephoris mater Thauëtis et Taütis, Gemellarum, et Tathemidis. *Pap. Lugd. Bat.* B. vs. 17; *Brit.* XV. vs. 5, 6.

Psintaës, vel psinthaës, Praefectus templorum (Ἐπιστάτης τῶν ἱερῶν) in Serapieo. *Pap. Lugd. Bat.* B, Col. 3[a], vs. 19; *Par.* C; *Britt.* XIII. 23, 24; XV. vs. 53, 54; *Vat.* C. vss. 10, 11.

Ptolemaeus, Glauciae filius, Macedo, Curator gemellarum. *Pap. Lugd. Bat.* B, Col. 1ª, vs. 23.

Ptolemaeus, praecedentis frater natu major. *Pap. Par.* D. Col. 2ª, vss. 13, 14, 15.

Sarapion, Unus Vicariorum et Proadministrator (*τῶν Διαδόχων καὶ Ὑποδιοικητής*. *Papp. Lugd. Batt.* B, Col. 2ª, vs. 13; D. vs. 1; E, vss. 1, 2; *Brit.* IV. vs. 1. cett.

Tathemis, Nephoritis filia, Gemellarum soror. *Pap. Brit.* XV. vss. 5, 6.

Theon. Videtur praefuisse cavae templorum olei sesamini in Serapieo; nam Mennide Curatore jubente mandat ut Dionysius et Asclepiades oleum gemellarum mandatario admetiantur. *Papp. Britt.* VI, vs. 27; VII et VIII.

Vs. 14. *ἐντυχοῦσαι.* Dicendum fuisset *ἐνετύχομεν*, ant *ἐντυχούσαις*. *Ἐντυγχάνειν τινι δι' ὑπομνήματος*, *adire aliquem per commentarium*, *offerre alicui commentarium;* hinc *ἔντευξις* est *aditio*, *petitio*, *libellus supplex.* Cf. A. Peyron, *Papp. Taurr.* Parte I. ann. pgg. 101, 102. Commentarius ille Sarapioni a gemellis traditus continetur in *Pap. Brit.* III.

Vs. 18. *τῶν πάντων κοινῶν Σωτήρων.* *Τὰ πάντα κοινά* hic *Mundum*, *Universum*, significare videntur; accipi tamen quoque possit quasi dictum esset *τοῦ πάντων κοινοῦ*, ut apud Thucydidem IV. 78, id est *totius populi.*

Vs. 19. *τῶν πρὸς ταῖς πραγματείαις*, sunt *ministri*, *qui publico munere funguntur*, *οἱ πραγματευόμενοι*, *οἱ πραγματικοί;* de quibus cff. Letronne *Recueil*, pg. 341, A. Peyron *Papp. Taurr.* Parte II. pgg. 61, 62 et Reuvensius *Lettres* III, 64.

Vs. 21. *ἀντιπαραγωγήν.* *Ἀντιπαραγωγή* proprie est *Exercitus ordinatio ordinationi hostium opposita;* hoc loco vero *fraudem* indicare videtur, *qua* Nephoris pro gemellis oleum anni XVII[i] solutum *abstulerat.*

Columna 3a.

Vs. 2. *τῶν φιλων.* Est honoris titulus minimus, unde qui bene muneribus functi erant, promovebantur ad titulos *τῶν πρώτων φίλων*, *Ἀρχισώματοφύλακος* et *Συγγενοῦς*, vid. A. Peyron, *Papp. Taurr.* Parte I. pgg. 56, 63, 64, et supra ann. ad *Pap.* A. vs. 1. *Στρατηγός* dicitur Praefectus Nomi, ejusque tituli origo petenda videtur a militari regni constitutione, qua Ptolemaei exercitus sui praefectis majoribus, Aegypti nomos diversos gubernandos tribuit. Copiose de *Στρατήγου* munere egit A. Peyron, l. c. pgg. 66—72.

Vs. 4. *χρηματισμούς.* *Χρηματισμός* est *responsum* aut *rescriptum regis*, aliorumve magistratuum, et in eo differt a *πρόσταγμα*, quod hoc est regis *edictum* sive *decretum*, omnibus formulis munitum, *χρηματισμός* vero dicitur regis *mandatum* vel *responsum* paucis verbis conceptum, vel libello aliive

instrumento adscriptum. Cff. A. Peyron l. c. pgg. 91—93, et B. Peyron, pg. 38.

Vs. 5. *συντάσσωμεν*. Corrigendum *συντάσσηται*, aut *συνταχθῇ;* scribere voluisse videntur gemellae *συνταssώμεθα*, *quodcumque aliud postea salarium nobis decernatur* aut *decretum fuerit.*

Vs. 10. *Ψινταέους τοῦ ἐπιστάτου*, in *Par.* C nomen scribitur *Ψινθάης*, erat autem Praefectus templorum.

Vs. 11. *Ἀμώσιος*. Confirmatur hoc nomine conjectura qua B. Peyron, in *Pap. Vat.* C, vs. 24. *αμ[ω]σιν* legit. Ex eodem *Pap. Vat.* videmus Amosin Psintais vice egisse, et *ὁ πάρ' αὐτοῦ* idem significare quod *ὁ διαδεχόμενος αὐτόν*.

Vs. 14. *κατασταθέντων*. *Καθίστασθαι* lingua forensi significat, *stare in judicio*, *adesse ad judicium*. Sensu activo *καθιστάναι*, *καταστῆσαι* et *καταστήσειν* significant *in judicium vocare*, *citare*. Cf. A. Peyron, *Papp. Taurr.* Parte I. pg. 58.

Vs. 19. *διδοίη σοι μετὰ τῆς Ἴσιος νίκην*. Praepositio *μετά* hic duplici ratione accipi potest, sive pro *διά*, ita ut sit: Serapis det tibi *per* Isidem victoriam cett. sive pro *cum*: det tibi Serapis *cum* Iside victoriam cett., qua adulationis formula rex cum Serapide, regina cum Iside comparantur. Ceterum animadvertendum, quod in aliis quoque libellis locum habet, si initium et finem libelli excipias, ad regem solum sermonem esse.

Subscriptiones.

Prima subscriptio 6 versuum addita fuit in spatio vacuo sub columna tertia, sed postea dedita opera eluta, ita ut plura quam quae in textu nostro repetuntur, enucleare non potuerimus. In vs. *c*, Reuvensius ante ..*νεσια* legisse sibi visus est *Ἀπολλωνίῳ*, (vid. *Lettres*, III. 93), et inde conjecit subscriptionem illam spectare Apollonium Epimeletam, cui ut ipsarum res per Dionysium Strategum mandaretur, petunt gemellae in *Pap. Par.* A. vss. 40 et 41. Sed frustra oculos exercuimus ut vel literas aliquas hujus nominis in eo loco indagaremus, quae olim certius apparuisse potuerunt, at nunc certo prorsus evanuerunt: Dubium quoque an *Ἀθὺρ ιά* L bene legi possit, quum dies mensis nomini praeponi, non addi soleat.

Secunda subscriptio invenitur in primo versu prioris, et ipsa quoque dedita opera eluta est, neque unquam ad finem perducta fuisse videtur.

Tertia subscriptio ab ipso rege manavit, vel saltem ejus nomine fuit addita. Jubet autem in ea rex ut Asclepiades Administrator in causam inquirat, utque

si antea acceperint, quod libello petunt gemellae, nunc quoque iis solvatur. Scripta autem est anni XX^{i}, 6to die (mensis primi) Thouth. — Reuvensius eam repetens, *Lettres* III. pg. 94, animadvertit in priori versu εἴληφαν dialecto Alexandrina dici pro εἰλήφασι; quod vero addit de δώσεται, in 2° versu, pro δοθήσεται, scripturae difficili et intricatae tribuendum, qua in errorem ductus pro δοῦναι scriptum esse δώσεται putavit. A rege autem subscriptionem illam manasse apparet ex *Pap. Brit.* VI. vss. 22, 23, ubi ad verba repetitur: ὁ δὲ βασιλεὺς πρὸς τὴν ἐπιδεδόνην (l. ἐπιδεδομένην) ἔντευξιν προστέταχεν· »εἰ »καὶ πρότερον εἰλήφασιν καὶ νῦν δοῦναι."

Quarta subscriptione Asclepiades libellum mittit ad Sarapionem Hypodioecetam, ut inquirat. Adscriptus est dies 20 (mensis 2^{di}) Phaophi ejusdem anni XX^{i}. Reuvensius l. c. eam eadem manu scriptam esse putat; quod tamen dubitamus, quoniam magnam quidem scripturae similitudinem, eam vero non perfectam agnoscimus; neque subscriptiones ab eadem manu profectas esse statuere possimus, nisi simul statuatur libellum ab Asclepiade ad regem remissum, et ab hoc vel hujus nomine, nova subscriptione ad Sarapionem fuisse munitum.

Postrema denique subscriptione, quae in Papyro sub secunda libelli columna addita est, Sarapion Hypodioeceta annotavit rogari debere Contrascribam, quaenam gemellis debeantur, et quaenam eorum acceperint, et quid anni XIX^{i} die 30° (ultimi mensis) Mesori.

Reuvensius l. c. hujus quoque subscriptionis textum edidit, omissis tamen primi versus duabus vocibus quae post αἰτεῖν sequuntur, quasque eo tempore enucleare nondum potuerat. — Ob diem porro adscriptum eam ceteris priorem putat (vid. l. c. pg. 93.) Sed credi vix possit primam subscriptionem non ad finem libelli additam fuisse, ubi spatium vacuum majus relictum erat. Praeterea res in ea mandatur alicui, Mennidi fortasse Epimeletae, qui contrascribam, (Dorionem vid. supra ann. ad Col. 2^{ae}, vs. 13, pg. 16.) interrogare debet; neque verisimile videtur ad minorem magistratum libellum ad inquirendum primum fuisse missum, postea demum ad majores magistratus. Qui apponitur dies 30 mensis Mesori anni XIX^{i}, non indicat tempus quo subscriptio addita fuit, sed pertinet ad praecedens καὶ τί, scilicet ἔχουσιν. Dorion referre debet, quid gemellae acceperint ultimo die mensis duodecimi anni XIX^{i}; ipsam autem subscriptionem referendam putamus ad finem secundi mensis Phaophi, vel ad initium tertii, Athyr. Ex eodem quem citavimus *Pap. Brit.* VI, in quo annotationes et apographa complurium instrumentorum ad gemellarum causam pertinentium scripsit Ptolemaeus, vss. 12—26, discimus, Dorionem retulisse anno XVII° inde a Phamenoth (quo mense munus adierant gemellae) usque ad Mesori (ultimum ejus anni mensem) oleum solutum fuisse sex mensium, anni vero XVIII oleum non fuisse solutum, neque eas oleum accepisse anni XIX^{i}; qua ratione Dorion omnibus Sarapionis quaestionibus respondit; indicat enim quantum olei quovis

anno debeatur, quantum acceperint, et quid anno XIX° exeunte iis solutum sit. Vss. 23—25 ejusdem *Pap. Brit.* Sarapion dicitur mandasse ut inquireretur: ὅσα καθήκει ἀποδοῦναι, *quantum debeat solvi.* Retulit Dorion, ut ex vs. 26 patet, die 13 (tertii mensis) Athyr, anni XX[i]. Ne autem mirum videatur in subscriptionibus agi quoque de XIX[i] anni debito, quum ipsum libellum ad anni ejusdem primam partem referendum esse supra dixerimus, cogitandum libellum per satis longum tempus, sive ob rerum publicarum statum perturbatum, sive ob alias causas, jacuisse, ita ut alterum libellum (*Pap. Par.* A.) regi et reginae offerre debuerint gemellae. Hinc factum ut subscriptiones omnes ad annum sequentem pertineant, et in posteriori subscriptione de debito quoque anni XIX[i] sciscitari potuerit Sarapion.

Quas autem magistratus diversi libello adscripserunt *subscriptiones* nominavimus, praeeunte Reuvensio *Lettres*, III. pgg. 94, 95, quoniam in *Pap. Par.* B. vs. 12 regis rescriptum vocatur ὑπογραφή. Eaedem autem subscriptiones χρηματισμοί quoque dicuntur, de qua voce vid. supra ad Col. 3[a], vs. 4.

Ceterum ex ipso Papyri textu satis apparet errasse B. Peyron, pg. 25, eo oleum XX[i] anni debitum petivisse gemellas dicentem. Meliora docuerat Reuvensius *Lettres*, III. pgg. 91, 92.

Prior libellus quum successu caruisse videretur, alterum ad regem et reginam miserunt gemellae, cujus apographum continet *Pap. Par.* A. In novo illo libello commemorant priorem, quem ipsae regi et reginae Serapieum visitantibus tradiderant, et petunt ut libellus ad Dionysium Strategum mittatur, ut hic scribat Appollonio Epimeletae. — Cui rogationi rex satisfaciens animum iterum ad rem advertit, et priorem libellum ad Strategum et Epimeletam ut videtur missum, horumque magistratuum responsis instructum recepit; quae quum legisset delenda curavit, et libellum sua subscriptione munivit. Libellus denique ex regis rescripto diversorum magistratuum, quibus harum rerum cura mandata erat, subscriptionibus munitus, ad ipsas gemellas rediit, quo uterentur ad salarium debitum olei, olyrae et panum coctorum impetrandum. Ex *Pap. Brit.* V. vs. 4, ubi Ptolemaeus affirmat se ultimo anni XIX[i] mense Sarapioni gemellarum libellum, regis subscriptione instructum, tradidisse, conjiciendum videtur, aut bis in eodem libello subscripsisse regem, aut secundum libellum, cujus apographum in *Pap. Par.* A. legitur, et ipsum regis subscriptione instructum, ad gemellas rediisse antequam priorem recepissent; quam posteriorem conjecturam veri similiorem putaverimus. — Hunc autem libellum Sarapioni, Serapieum sacrificatum visitanti, tradidit Ptolemaeus; Sarapion interea a Dorione Contrascriba ut de re referret quum petiisset, hujusque responsum se-

cundo mense, Phaophi, accepisset, Ptolemaidem profectus erat, et de causa se post reditum statuturum promiserat. Promissum hoc Sarapioni in memoriam revocat Ptolemaeus in libello, *Pap. Brit.* IV, Sarapionis subscriptione ad Mennidem, et hujus ad Scribas ut referrent, munito. Agitur in eo libello de omni debito universe, cujus diversas partes postea demum diversis libellis impetrandas putavit Ptolemaeus. Quod primum fecit in libello *Pap. Brit.* V, de oleo sesamino et ricino tantum scribens. Brevi post oleum sesaminum annorum XVIII[i] et XIX[i] solutum fuit, ut patet et apocha Ptolemaei, anni XX[i] (tertii mensis) Athyr die 7° scripta, quam nobis servavit

PAPYRUS C.

Est Papyrus ille satis integer, altitudine 0.37, latitudine 0.165. Apocha 15 versibus scripta est in medio, ita ut superne spatium vacuum 0.14, inferne 0.105 relinquatur. Postea eodem anno vigesimo et annis tribus sequentibus in aversa parte papyri Ptolemaeus somnia notavit et rationes acceptorum et expensorum, de quibus postea dicendi locus erit. Sunt autem haec secundum MSti latitudinem scripta, ratione a textu anterioris partis diversa. Complicato aut convoluto papyro, facies illa anterior posterior evasit, quapropter in hujus inferiori margine titulum invenimus eorum quae in interiori parte annotata sunt, *ἐνύπνια ἃ εἶδον περεὶ* (pro *περὶ*) *τῆς* . . . . , *Somnia quae vidi de* . . . . . Ceterum de hoc papyro cf. Reuvensius *Lettres*, III. pgg. 104 sqq.

Specimen scripturae versuum 7 priorum apochae cf. in Tab. I. 4. et vs. 16[i], ibid. n°. 5.

Πτολεμαῖος, Πτολεμαίου Μακέ . . . . . ,
[Δ]ημ[η]τρίῳ Σώσου, Κρῆτι, τῶν προτέρ[ων]
Εὐμήλου, τακτομίσθῳ, χαιρεῖν. Ὁμ[ολογῶ]
ἀπέχειν παρὰ σοῦ τὴν ἐκτεθῖσιν [1]) *σύντα-*
ξιν ἐκ τοῦ βασιλεικοῦ [2]) *εἰς τὰς διδύμας,*
ἐλαίου σησαμίνου μετρητὰς β', τοῦ τε ηι' L
καὶ θι' L. *κφ . . . . δοίσω, καὶ μὴ σ[ο]ι ἐπέλ-*
θω, καὶ οὔτε ἄλλο [3]) *ὑπὲρ ἐμοῦ, οὔτε ὑπὲρ τῶν*
διδυμῶν· ἐάν τέ τις ἐπὶ σὲ ἐπέλθῃ,
ἀποστήσω αὐτὸν ἀπαναγκὸν καὶ ἀνεπι-
εικές, καὶ ἡ ἔφοδός μου ἄκυρος ἔσθω [4]), *καὶ προς-*

---

[1]) Corr. *ἐκτεθεῖσαν*. — [2]) Corr. *βασιλικοῦ*. — [3]) Corr. *ἄλλος*. — [4]) Corr. *ἔστω*.

ἀποτίσω σοι τήν τε τιμὴν, οὗ ἔχω παρὰ σοῦ,
σὺν ἡμιολίᾳ, καὶ ἱερὰς τῷ βασιλεῖ καὶ
βασιλείσσης[1]) *ἀργυρίου δραχμὰς ἴκοσι*[2]).
L *κʹ Ἀθὺρ ζʹ*

Πτολεμαίῳ τῷ ἀδελφῷ χαίρειν.

Ptolemaeus Ptolemaei (frater) Macedo . . . . . Demetrio Sosi (filio), Cretensi, uni primorum Eumeli, Tactomistho salutem dicit. Agnosco accepisse a te decretum salarium ex regio aerario gemellis, olei sesamini metretas 2 anni XVIIIi et XIXi . . . . . non tibi molestus ero, et neque alius pro me, neque pro gemellis; si vero quis tibi molestias moveat, depellam ipsum vi et sine remissione et conamen meum irritum esto, et praeterea pendam tibi pretium quod accepi a te cum sescuplo, et sacras regi et reginae argenti drachmas viginti. Anni XXi mensis Athyr 7°.

Ptolemaeo fratri salutem.

—

Vs. 1. *Πτολεμαῖος Πτολεμαίου Μακέ* . . . . . . Supplendum fortasse *Μακέδονος ἀδελφός*. Nam ex *Pap. Par.* D. Col. 2^{a}, ut supra pg. 17 vidimus, alter Ptolemaeus innotuit, gemellarum negotiorum gestoris frater natu major, et ipse quoque *ἐν κατοχῇ* degens. Videtur autem a Demetrio gemellarum mandatario oleum sesaminum fratris nomine recepisse, quapropter apocham huic misit, ut de debito soluto redderet certiorem. Indicari hoc putaverim vs. 16°, quo Ptolemaeus natu major fratri Ptolemaeo salutem dicit, et apocham ipsi inscribit. Quam explicationem si admittamus, intelligimus quomodo apocha apud Ptolemaeum gemellarum procuratorem, permanserit; neque amplius opus est, ut cum Reuvensio, l. c. pg. 99, Ptolemaeum natu minorem apocham scripsisse putante, statuamus hujus patrem, in reliquis papyris Glauciam nominatum, hic altero nomine Ptolemaeum quoque appellari. — Sin vero apocham Ptolemaei majoris ad Ptolemaeum minorem ab ipso Demetrio missum fuisse praetuleris, ut de debito soluto illi constaret, statuere debemus vs. 16 a Demetrio additum, Ptolemaeum fratris nomine appellante, quoniam ambo *ἐν κατοχῇ* degebant.

Vs. 2. *Δημητρίῳ.* De Demetrio illo cf. *Pap.* B. Col. 2^{a}, vs. 9; titulo *τῶν*

[1]) Corr. *τῇ βασιλίσσῃ.* — [2]) Corr. *εἴκοσι.*

προτέρων Εὐμήλου insignitur quoque in *Pap. Brit.* VI. vss. 30, 50; τακτόμισθος, vox addenda lexicis, idem significare videtur quod ὁ τάσσων τοὺς μισθούς, *qui mercedes ordinat, taxat.*

Vs. 5. τοῦ βασιλικοῦ. Βασιλικόν est aerarium regium. Cf. Reuvens, *Lettres*, III. pg. 87; A. Peyron, *Papiri di Zoidi* pgg. 6 et 18.

Vs. 6. τοῦ τε ηι' ∟ καὶ θι' ∟. Observandum praeter consuetudinem Graecorum, minorem numerum majori praeponi. Cf. Reuvensius, *Lettres*, III. pg. 99.

Vs. 7. κφ..... Quae supersunt in lacuna exhibet tabula nostra; δοίσω fortasse pro δώσω, ita ut primum scripserit Ptolemaeus καὶ ὅρκον δώσω. Pro ἐπέλθω scribendum fuisset ἐπελεύσομαι, nisi ἐπελθῶ, futurum 2um sibi vindicare possit soloecismus Alexandrinus. Ἐπέρχεσθαί τινι et ἐπὶ τινά, significat *molestias creare alicui, aliquem aggredi.* Cf. eadem vox in simili obligationis formula, in *Pap. Taur.* IV. apud A. Peyron, Parte II, vss. 18 seqq., et in *Lond.* I. (*antigr. Greyano*) vs. 26.

Vs. 10. ἀπαναγκὸν καὶ ἀνεπιεικές. In *Pap. Lond.* I. vs. 28, legitur ἀποστήσω ἐπαναγκόν; in *Taur.* IV. vs. 27, ἐπαναγκὸν ποιείτω. A. Peyron pg. 33, ἐπαναγκόν dici putat pro ἐπαναγκές, atque significare *necessario, juridica necessitate coactus.* Idem fortasse hic quoque pro ἀπαναγκόν restituendum.

Vs. 11. ἡ ἔφοδός μου ἄκυρος ἔσθω. In *Taur.* IV. vs. 23: ἡτ' ἔφοδος ἄκυρος ἔστω. De vocis ἔφοδος significatione cf. A. Peyron, *Papp. Taurr.* Parte II. pg. 58.

Vs. 13. τήν τε τιμὴν, οὗ ἔχω παρὰ σοῦ, σὺν ἡμιολίᾳ. Pronomen οὗ referri videtur ad ἔλαιον. Promittit Ptolemaeus se, nisi ab omnibus molestiis defendat Demetrium, ipsi pretium duarum metretarum olei cum sescuplo, igitur pretium quinque metretarum olei sesamini soluturum, et praeterea multam 20 drachmarum argenti aerari regio. Ex multa illa fortasse quodammodo conjicere possimus de pretio olei sesamini eo tempore, saltem si inter duas illas multas certa ratio intercesserit. In *Papyro Taurinensi* quem citavimus, vss. 25, 26, praeter multam 20 talentorum aeris solvendae sunt regibus argenti signati drachmae 400, quae (si cum B. Peyron, pg. 77, drachmas 50 talento aeris aequales censeas) duas quintas partes 20 talentorum aeris (sive 1000 drachmarum argenti) efficiunt. Calculo igitur instituto, $400 : 20 = 1000 : x$, invenimus $x = 50$; et 20 drachmae argenti secundum apocham Ptolemaei aerario regio solvendae sunt praeter multam 50 drachmarum argenti, sive unius talenti aeris, Demetrio pendendam. Drachmae autem hae constituunt pretium olei metretarum quinque (μετρητῶν β' σὺν ἡμιολίᾳ) ita ut singulae metretae olei sesamini eo tempore constiterint drachmis argenti decem. Sed vid. annot. ad *Pap.* T. Col. 3a, vs. 1.

Vs. 15. ∟ *κ' Ἀθὺρ ζ'*. Apocha est anni XX^{i} mensis tertii Athyr diei 7^{i}, scripta itaque decimo septimo die postquam subscriptionem suam libello gemellarum addiderat Asclepiades.

Ordine sequuntur *Papp. Britt.* VII et VIII, quorum alter continet mandatum, scriptum die 25^{o} (3^{i} mensis) Athyr, quo pro duabus metretis olei ricini, sive Cici, annorum XVIII^{i} et XIX^{i}, unam metretam olei sesamini gemellis admetirentur cavae Serapiei ministri; altero papyro, VIII^{o}, ejusdem diei, continetur Demetrii Cretensis apocha qua declarat se jam duas illas metretas olei sesamini, de quibus agitur in apocha *Pap. Lugd. Bat.* C, accepisse a cavae Serapiei ministris; et additur idem mandatum de addenda tertia ejusdem olei metreta una pro duabus metretis olei ricini. Videtur autem mandatum a Mennide Epimeleta emanasse, ut ex *Pap. Par.* D efficitur, in quo eodem papyro fusius exponitur de oleo sesamino pro oleo ricino soluto. Ceterum cf. *Pap. Brit.* VI. vss. 27—39, unde patet Mennidis mandatum ad Theonem, cavae praepositum, delatum fuisse, et hunc denique cavae ministros jussisse ut mandatum exsequerentur. Sarapioni paullo post ad aliam provinciae partem profecturo, Ptolemaeus, timens ut XX^{i} anni oleum gemellae acciperent, libellum obtulit, quem continet

PAPYRUS D.

Papyrus est satis integer, altitudine 0.33, latitudine 0.175; funiculo papyraceo ei alligatum est secundum folium ejusdem fere altitudinis, sed 0.09 tantum latum. Prius folium libellum continet Ptolemaei, satis nitide scriptum versibus 26, quibus adduntur duae subscriptiones sive rescripta. In margine superiori et dextro papyri spatium vacuum relictum est 0.03, in margine inferiori 0.035. In margine illo laterali dextro hic illic vestigia scripturae deletae supersunt, quibus probatur folium antea alii usui inserviisse. In alterius folii superiori parte Dorion Contrascriba scripsit responsum suum, 10 versibus comprehensum; pars inferior scriptura caret. Priorum 4 versuum Ptolemaei libelli specimen exhibet Tab. II. 1; subscriptiones vide in eadem Tab. II. 2 et 3, et integrum Dorionis rescriptum, ibid. 4.

Ejusdem Ptolemaei libelli apographum servatur in *Papp. Parr.* E, F. (Vid. Reuvensius, *Lettres*, III. pg. 101), et aliud in *Pap. Lugd. Bat.* E; posterius vero hoc non absolutum, versus 17^{i} extrema parte, et reliquis qui sequuntur 8 versibus omissis.

Columna 4ª.

Σαραπίωνι τ[ῶ]ν διαδόχων καὶ ὑποδιοικητῇ παρὰ Πτολεμαίου[1]) τῶν ἐν κατοχῇ ὄντων ἐν τῷ με[γ]άλῳ Σαραπιείῳ ἔτος τοῦτο[2]) ἑνδέκατον[3]).

Ἀπέδωκά[4]) σοι τὴν παρὰ τοῦ βασίλεως καὶ τῆς [β]ασιλ[ί]σσ[η]ς κεχρηματισμένην τῶν διδυμῶν ἔντευξιν[5]) ὑπὲρ τῶν καθηκόντων αὐταῖς κ[α]τ' ἐνιαυτὸν, καὶ συνέταξας ἀποδοῦναι τὸ τοῦ [ι]η' καὶ ιθ' ∟ ἔλαιον καὶ κίκι, ἑκάστου ἐνιαυτοῦ ἐλαίου μετρητὴν α', κίκιος μετρητὴν α'[6]). Περὶ μὲν οὖν[7]) τούτων δοί[8]) σοι ὁ Σαράπις καὶ ἡ Ἶσις[9]) ἐπαφροδισί[α]ν, χάριν[10]), μορφὴν πρὸς τὸν βασιλέα[11]) καὶ τὴν βασιλίσσαν, δι' ἧς ἔχεις[12]) πρὸς τὸ θεῖον ὁσιότητα. Προςδεόμενος δ' ἔτι τυχεῖν καὶ ἐν τούτοι[13]) συνεργείας[14]), ἀξιῶ σε, ἐπεὶ[15]) προορῶμ[αι] μὴ π[ρο]ςχ[ω]ρι[σθ]έντος[16]) σου εἰς τοὺς ἄνω τόπους, οὐ λάβωσιν αἱ δίδυμαι[17]) τὸ τοῦ[18]) εἰκοστοῦ[19]) ἔτους ἔλαιον καὶ κίκι[20]), νομίσαντα[21]) ὅτι σὺ[22]) ἰδίᾳ χρηματίζεις αὐτῇ[23]), γράψαι Μεννίδει[24]) τῷ ἐπιμελητεῖ[24]) προςαποδοῦναί μοι[25]) καὶ τούτου τοῦ ἔτους τὸν[26]) καθήκοντα ἐλαίου[27]) μετρητὴν καὶ κίκιος[28]) μετρητὴν μηδὲν ἀντιπεσόν[τ]α[29]). Σοὶ δὲ[30]) γίνοιτο[31]), ἀνθ' ὧν πρὸς τὸ θεῖον ὁσίως διάκ[ει]σαι καὶ τῶν ἱεροδούλων[32]) καὶ τῶν ἐν τῷ ἱερῷ π[ά]ντων ἀντιλαμβάνῃ, ἐπαφροδισία[33]), χάρις, μορφὴ, εὐημερία[34]), καὶ ἐν[35]) τοῖς [πράγμασιν εὐ]τυχία.

Εὐτύχει.

---

1) Additur in *Pap.* E. et *Paris.* Μακεδώνος (corr. Μακεδόνος). — 2) *Pap.* E τούτου. — 3) Additur in *Pap.* E καὶ τῶν διδυμῶν. — 4) In *Pap.* E Ἀπέδω. — 5) In *Pap.* E ἐν[τέυξ]ειν. 6) In *Pap.* E ἀποδοῦναι τὸ τοῦ ιη' καὶ ιθ' ∟ ἐλαίου σησαμίου καὶ κίκιος κατ' ἐνιαυτὸν ἐλαίου σησαμίνου με α', καὶ κίκιος. — 7) οὖν deëst in *Par.* — 8) Leg. δοίη vel potius δοῖεν; in *Par.* est δίδοι (l. διδοῖεν), in *Pap.* E δο. — 9) Voces καὶ ἡ Ἶσις scriptae supra initium vocis ἐπαφροδισίαν. In *Pap.* E καὶ ἡ Εἶσις, in *Par.* καὶ τη Ἴσι. — 10) In *Pap.* E χάρειν. — 11) In *Pap.* E βασιλεία. — 12) In *Par.* ἔχετε. — 13) l. τούτοις secundum *Par.* et *Pap.* E. — 14) In *Par.* συνεργείαις, in *Pap.* E συνεργείσας. — 15) In *Pap.* E et *Par.* ἐπί. — 16) In *Pap.* E μή τε χωρισθέντος. — 17) Literae σιν αἱ δίδυμαι scriptae supra voces τὸ τοῦ εἰκοστοῦ; in *Par.* pro λάβωσιν legitur λαμβάνωσιν. — 18) In *Pap.* E τούτου. — 19) In *Par.* ἰκοστοῦ. — 20) In *Pap.* E ἐλαίου σησαμίνου με α' καὶ κίκιος με α'. — 21) In *Par.* νομίζοντα. — 22) Reliqua desunt in *Pap.* E. — 23) In *Par.* αὐταῖς, itaque corrigendum. — 24) Corr. Μεννίδῃ τῷ ἐπιμελητῇ. — 25) In *Par.* μου. — 26) Litera ν scripta supra κ vocis sequentis. — 27) In *Par.* ἔλαιον. — 28) In *Par.* κύκιος. — 29) In *Par.* ἀντιπεσόν. — 30) In *Par.* deest δέ. — 31) In *Par.* γίνοι (l. γίγνοιτο). — 32) In *Par.* ἱεροῦ δούλων. — 33) In *Par.* ἀφροδισίαν. — 34) In *Par.* εὐημερίαι. — 35) In *Par.* ἐν deest.

Subscriptiones.

I.

Με[ννίδῃ· ∟ κ′] Χοιὰχ κγ′. [1])

II.

Δω[ρίωνι· ∟ κ′ Χ]οιὰχ κη′.

Columna 2a.

(*In alio folio, funiculo papyraceo priori alligato.*)

Δωρίων·
Ἐν τῇ γραφῇ τῶν εἰς τὰ
ἱερὰ ὑπόκιται [2]),
δίδοσθαι διδύμαις
ταῖς ἐν τῷ μεγάλῳ Σαρα-
πιείῳ, τιμῆς [3]) *τῆς*
ὑποκιμένης [4]) *ἐλαίου*
σησαμίνου χόος α′, τοῦ
δὲ ἐνιαυτοῦ μετρητὴς α′·
∟ κ′ Χοιὰχ κθ′.

Columna 1a.

»Sarapioni uni ex Diadochis, et Hypodioecetae a Ptolemaeo uno eorum qui in claustro degunt in magno Sarapieo annum huncce undecimum. Tradidi tibi a rege et regina rescripto munitum gemellarum libellum de iis quae debentur ipsis quotannis, et jussisti dari XVIII^i et XIX^i anni oleum et Cici, uniuscujusque anni olei sesamini metretam 1, Cici metretam 1. Ob haec quidem igitur dent tibi Sarapis et Isis amabilitatem, gratiam, pulchritudinem apud regem et reginam, ob quam habes erga numen pietatem. Egens autem etiamnum assequi et in his auxilium, peto a te, quoniam vereor ne profecto te ad superiora loca non accipiant gemellae vigesimi anni oleum et cici, considerans quod tu privatim distribuis ipsis, ut scribas ad Mennidem Epimeletam, ut insuper det mihi et hujus anni debitum, olei metretam et Cici metretam, nihil impediens. Tibi vero contingant, pro eo quod erga numen pie affectus es et hierodulis et degentibus in templo omnibus opitularis, amabilitas, gratia, pulchritudo, felicitas et in negotiis (gerendis) bona fortuna."

»Felix esto."

---

[1]) Haec et reliqua in *Par.* desunt. — [2]) l. *ὑπόκειται.* — [3]) In *Pap.* additur *τι*, postea vero deletum. — [4]) l. *ὑποκειμένης.*

Subscriptiones.

I.

»Me(nnidi . . . . .) Choiach 23."

II.

»Do(rioni . . . . .) Choiach 28."

Columna 2ª.

»Dorion. In libro rerum templa (spectantium) subjungitur, dari gemellis quae (degunt) in magno Sarapieo salarii in acta relati, olei Sesamini Choum 1, quotannis metretam 1. Anni XX[i], Choiach 29º."

Columna 3ª.

Vs. 1. *τῶν διαδόχων καὶ ὑποδιοικητῇ.* Ὁ *τῶν διαδόχων* honoris titulus fuisse videtur, *unus vicariorum, vicarius.* A. Peyron in *Papp. Taurr.* Parte I. pgg. 56—58, et 74, 75, intelligi censet *περὶ αὐλήν, οἱ περὶ αὐλὴν διάδοχοι,* et vertit *aulici secundi ordinis;* aut si vocem *διάδοχοι* per se solam spectes, *regis primi administri, proximi dignitate.* De diversis autem vocis *διάδοχος* significationibus apud Graecos Aegyptios accurate egit B. Peyron in *Papp. Britt.* pgg. 42—45.

Vs. 6. *κεχρηματισμένην τῶν διδυμῶν ἔντευξιν.* Videtur intelligi libellus de quo primo loco egimus, in *Pap. Lugd. Bat.* B. scriptus.

Vs. 10. *ἐλαίου μετ. ά,* i. e. ut plenius legitur in *Pap. Lugd. Bat.* E, *ἐλαίου σησαμίου,* sive *σησαμίνου μετρητὴν ἕνα.* Compendium vocis *μετρητής,* prouti in *Pap.* scribitur, exhibemus in Tab. II. 5.

Vs. 11. *δοί σοι ὁ Σαράπις καὶ ἡ Ἶσις ἐπαφροδισίαν.* Corrigendum *διδοῖεν σοί.* De ipso voto cf. Reuvensius, *Lettres,* III. pg. 101.

Vs. 12. *δι' ἧς ἔχεις πρὸς τὸ θεῖον ὁσιότητα.* In *Pap. Brit.* V. 11 Ptolemaeus eadem significatione scribit *σὺ δὲ ὢν πρὸς τὸ θεῖον ὁσίως διακείμενος.* Cf. et infra vs. 22.

Vs. 13. *εἰς τοὺς ἄνω τόπους, ad loca superiora,* nomi Memphitici fortasse. De voce *τόπος* cf. in primis A. Peyron, ad *Pap. Taur.* VIII, 10, pg. 53.

Vs. 17. *νομίσαντα, ὅτι σὺ ἰδίᾳ χρηματίζεις αὐταῖς.* In *Pap. Brit.* V. 20, 21 Ptolemaeus scribit *νομίσαντα ταῖς διδύμαις ἰδίᾳ σε ταῦτα διδόναι,* unde discimus verbum *χρηματίζειν* hic *dandi, tribuendi* significatione poni. Vid. de eo verbo B. Peyron in op. cit. pg. 65.

Vs. 22. *τῶν ἱεροδούλων.* De hierodulis cff. Reuvensius, *Lettres,* III. pgg. 85 et sqq., et B. Peyron, op. cit. pg. 15. Apparet autem ex hoc loco gemellas, et fortasse ipsum quoque Ptolemaeum, hierodulos fuisse.

Subscriptiones.

Utriusque subscriptionis initium tantum et extrema pars supersunt; prioris initium *Με*, Mennidem, alterius *Δω*, Dorionem spectare jam indicavit Reuvensius, III. pg. 102. Priori, quam facile suppleveris *Μεννίδῃ* (intellecto *ἐπισκέψασθαι*) ∟ *κ*, *Χοιὰχ κγ′*, die 23° quarti mensis Choiach, libellus a Sarapione ad Mennidem Epimeletam mittitur, ut hic inquirat et referat; hic vero secunda subscriptione, quam eodem modo legimus *Δωρίωνι* (*ἐπισκέψασθαι*) ∟ *κ*, *Χοιὰχ κη′*, die 28° ejusdem mensis, libellum eodem consilio Dorioni Contrascribae tradidit. Postridie, 29° mensis Choiach, Dorion retulit, quae legimus in altero folio priori alligato.

Columna 2ª.

Vs. 1. *Δωρίων*. Nomen Dorionis praemissum indicio est ipsum Dorionem responsum hoc scripsisse, cujus apographum servatur in *Pap. Brit.* IX. vss. 5—11.

Vs. 2. *ἐν τῇ γραφῇ* — *ὑπόκειται*. *Γραφή* hic *album* est, *breviarium rationum*, sivi liber in quo negotia templum spectantia notabantur; *ὑπόκεισθαι* verti possit *legi*, *annotari*, *in acta referri*. Cf. B. Peyron, Op. cit. pg. 60. Eandem significationem habet infra, vs. 17.

Vs. 8. $\overset{o}{\chi}$ *α′*, id est *χόος εἷς*, *olei sesamini choum sive congium unum*, nempe quovis mense, itaque 12 choos sive metretam unam quotannis.

In *Pap. Brit.* IX additur etiam *εἰς δὲ τὸ κ* ∟ *οὐθὲν κεχρημάτισται*, ∟ *κ′ Χοιὰχ κδ′*, quae fortasse aliud de eadem re Dorionis responsum spectant, aut errore a Ptolemaeo adscripta sunt; pro *κδ′* in *Pap. Brit.* corrigendum erit *κθ′*; de cujus numeri lectione in Pap. nostro nullum dubium relinquitur. Et certe Dorionis responsum post Mennidis subscriptionem, itaque post diem 28um scribi demum potuit.

Ceterum ex subscriptionibus patet ipsum libelli archetypum Papyro nostro comprehendi.

Ad sequentem mensem referendi videntur *Papp. Britt.* IX et VI, in quibus Ptolemaeus et Apollonius, frater ejus natu minor, annotarunt de negotio gemellarum, aut literas de eo scriptas, subscriptiones, responsa, aliaque descripserunt. *Pap. Brit.* IX post diem 9 (vid. vs. 18), *Pap.* VI post diem 17 mensis Tybi (vid. vs. 59) scriptus est.

Papyro Brit. X, continetur Mennidis epistola ad Sarapionem, testantis anno-

rum XVIII^{i} et XIX^{i} oleum sesaminum anno XX^{o} fuisse solutum; appositus est dies 22 ejusdem mensis Tybi anni XX^{i}.

Ad annum eundem XX^{m} referendus libellus in *Pap. Brit.* XI scriptus, quo gemellae petunt a Sarapione ut XX^{i} anni oleum sesaminum ipsis solvendum curet. Prior libellus, *Pap. Lugd. Bat.* D, a Ptolemaeo gemellarum nomine Sarapioni oblatus, fortasse ob hujus iter in partem superiorem nomi, vid. *Pap. Lugd. Bat.* D. vs. 13, successu caruisse, aut saltem Sarapionis mandata a minoribus ministris neglecta fuisse videntur.

Ut supra, pg. 8, indicavimus praeter oleum gemellis quoque solvi debebant 8 artabae olyrae quovis mense, sive 8 panes *Cyllestes* quotidie, et 3 panes cocti ex templo Aesculapii. Quum vero hujus salarii annorum XVIII^{i}, XIX^{i} et XX^{i} partem tantum accepissent, hac quoque de re Sarapionem adiverant, ut ex *Papp. Vatt.* C et D; *Britt.* XIII, XIV et XV *(in dorso)*, *Lugd. Bat.* E et *Paris.* C, discimus. Septem horum Papyrorum *Pap. Brit.* XIV rationes continet artabarum et panum quae acceperant, quaeque accipienda restabant.

Reliquis antecessit *Pap. Vat.* D, in quo Ptolemaeus et gemellae a Sarapione petunt olyrae artabas 80 annorum XVIII^{i} et XIX^{i}, quique pertinet, ut recte monuit B. Peyron, ad annum XX^{m} medium.

Anno XX^{o} exeunte scripti fuerunt *Papp. Vatt.* C, *Brit.* XXIII, cujus apographum servatur in dorso *Pap.* XV, et *Lugd. Bat.*, cujus alterum exemplar invenitur in *Par.* C. Horum *Vat.* C solus integer est; reliqui apographa tantum esse videntur, *Brit.* XIII fortasse excepto. In omnibus autem sive Ptolemaeus, sive ipsae gemellae, non artabas tantum olyrae 180 petunt annorum XVIII^{i}, XIX^{i} et XX^{i}, ex Serapieo solvendas, sed panes coctos quoque Asclepiei, ut ex *Vat.* C. vss. 13, sqq., *Brit.* XIII. vss. 27, sqq. et *Lugd. Bat.* E. vss. 31, sq. apparet; quod animadvertendum, quoniam B. Peyron, pgg. 26, 27, in *Pap. Vat.* et *Britt.* de olyrae artabis 180 tantum agi dicit.

PAPYRUS E.

Papyrus hic satis pulcher est et tenuis, altitudine 0.325, longitudine 0.31. Foliis constat duobus, quorum alterum alteri affixum est. In priori folio leguntur priores 15 versus apographi libelli a Ptolemaeo Sarapioni oblati, quique integer servatur in *Pap. Lugd. Bat* D. Spatio deinde vacuo 0.15 relicto, in inferiori ejusdem folii parte tres exstant versus pertinentes, ut videtur, ad finem apographi gemellarum libelli quod in altero folio scriptum est, neque tamen ad finem usque perductum, quoniam inferiorem folii partem occupant versus quatuor ejusdem apographi priores.

Omnia haec apographa aut inchoata exempla putaverim a Ptolemaeo scripta. Duobus hic in foliis diversis, in altero sui ipsius, in altero gemellarum nomine scripti libelli apographa inchoaverat tantum; postea vero foliis istis junctis, ita ut quatuor versus libelli gemellarum secundi folii marginem inferiorem occuparent sursum versi, alterum ejusdem libelli apographum in eodem illo folio scripsit; quae autem ibi ob spatii vacui defectum addi non poterant adscripsit in margine inferiori prioris folii, in cujus superiori parte deinde sui ipsius libelli apographum absolvere sibi proposuerat.

Scripturae haud ita pulchrae et regularis specimina delineanda curavimus in Tab. II; n. 6 initium exhibet apographi Ptolemaei libelli in folio priori; n. 7 versus tres in inferiori ejusdem folii margine; n. 8 initium apographi secundi folii, et n. 9 quinque versus in fine ejusdem folii.

In folio secundo Papyri.

Σαραπίωνι τῶν διαδόχων
καὶ ὑποδιοικητῇ παρὰ Θαύητος
καὶ Θαύοτος, διδυμῶν [1]) τῶν λειτουρ-
γουσῶν ἐν τῷ πρὸς Μέμφει
μεγάλῳ [2]) Σαραπιείῳ. Καὶ πρότερον
μὲν ἐδώκαμέν [3]) σοι ὑπόμνημα
ὑπὲρ τοῦ μὴ εἰληφέναι παρὰ τῶν
ἱερε[ί]ων τὴν καθήκουσαν σύντα-
ξιν [4]) ἡμεῖν [5]) δίδοσθαι κατ' ἐνιαυτὸν
εἰς τὰ δήοντα [6]) ὄλυραν, ἀφ' οὗ καὶ ἔ-
γραψας Μεννίδει [7]) τῷ ἐπιμελητεῖ [7])
τῶν ἱερέων [8]), οὐδένα λόγον ποιεῖται·
ἡμεῖς δ' ἐν τῷ ἱερῷ [9]) μεταξὺ δια-
λύωμεν [10]) καὶ τῷ λειμῷ [11]) κινδυεύομεν [12])
τὸ ἱερὸν ἐγλιπεῖν [13])· ἐπὶ οὐ ἐπὶ μὲν τοῦ
βιλεικοῦ κεχρημάτισστα [14]) τοῖς προεσ-
τηκόσι τῶν ἱερῶν καὶ εἰς ἡμᾶς
[ὄλυ]ρα [15]) ἀπὸ τοῦ ιη' ἕως τοῦ ιθ' ∟,

[1] In altero hujus epistolae apographo, Θαύτος διδιμῶν. — [2]) Alterum hujus epistolae apographum desinit in priorem syllabam vocis μεγάλῳ. — [3]) In *Par.* C ἐπεδώκαμεν. — [4]) In *Par.* C τάξιν, omisso συν. — [5]) l. ἡμῖν. — [6]) In *Par.* C. δέοντα. — [7]) In *Par.* C. Μεννείδει, l. Μεννίδῃ τῷ ἐπιμελητῇ. — [8]) Pro τῶν ἱερέων in *Par.* C. legitur: τούτου δὲ ἐπιστείλαντος Ψιθάῃ τῷ ἐπιστάτῃ τῶν ἱερῶν. — [9]) Deest in *Par.* C. — [10]) Lege διαλυόμεθα. — [11]) Lege λιμῷ. — [12]) Lege κινδυνεύομεν. — [13]) Lege ἐκλιπεῖν. — [14]) In *Par.* C. ἐπεὶ οὖν ὅγ μὲν τοῦ βασιλικοῦ κεχρημάτισται. — [15]) In *Par.* C. ὄλυραν.

[ἡ]μεῖς δὲ οὔπε τὴν ὄλυραν, οὔτε τὴν . . θήκουσαν[1]) ταύτης δίδοσθαι ἡμῖν ἐκ ταῦ ἱεροῦ συντάξειν[2]) τῶν κυληστητήων[3]), κεκομίσμεθα, ἄλλου δὲ ταῦ[4]) ἐκ τοῦ Ἀσκληπιείου[5]) τῆς ηνειας ἄρτους τῆς ἀπὸ τοῦ πένθους[6]), δεόμεθά σου μεθ' ἱκετείας, καθότι οὐ διαλείπις[7]) ἡμῶν ἀντιλαμβανόμενος, καὶ ἐν τούτοις βοιηθὸν[8]) γενόμενον, πρόςκαλέσασθαι Ψιταύτην τὸν ἐπιστάτη-[9]) τάτην τῶν ἱερῶν, καὶ ἐπαναγκάσαι[10]) ἀποδοῦναι ἡμῖν παραχρῆμα τὰς ὀφειλομένας τοῦ ιη' καὶ τοῦ ιθ' ∟ ὀλύρας ἀρτάβας ρξ', ὡμοίως[11]) δὲ καὶ τὴν γινομένη. νιτη . . . . .

(In inferiori margine folii prioris.)

ἐκ τοῦ δηλουμένου τοῦ Ἀσκληπ Ἀσκληπιε[ί]ου [ἐ]φ[ε]λκυσμένην... ἀπὸ τοῦ πένθους [σ]υν[τάξ]ειν[2]) τῶν ἄρτων . . . . . ισος κ[αὶ] γ' ἄρτων υ λειτουργησον ἐν . . .
Διο . . . . . με . . . . . ν . . . . .

Εὐτύχ[ει].

»Sarapioni uni ex Diadochis et Hypodioecetae, a Thauëte et Thauote gemellis liturgias perficientibus in magno prope Memphidem Sarapieo. — Et antea quidem dedimus tibi commentarium de eo quod non accepimus a sacerdotibus debitum salarium nobis tribuendum quotannis ad necessaria, olyram; ex quo etiam (tempore) scripsisti Mennidi Epimeletae, (ille vero mandavit rem Psinthai Epistatae) templorum, nullam rationem habet (hic mandati tui); nos vero in templo interea perimus et ob famem periculum est ne templum relinquamus. Quoniam quidem igitur ex aerario regio distributa est iis qui praepositi sunt templis et in nostrum usum olyra ab XVIII° anno usque ad XIX^um annum, nos vero neque olyram, neque quod debet in hujus locum dari nobis ex templo salarium Cyllestium, accepimus, ... precamur a te per supplicationem, quoniam non desinis nobis opem ferre, (ut) etiam in his auxilio veniens in judicium voces Psinthaëm Epistatam

---

[1]) In *Par.* C. καθήκουσαν. — [2]) l. σύνταξιν. — [3]) l. κυλληστίων. — [4]) In *Par.* C. pro ἄλλου δὲ τοῦ legitur ἀπὸ τῶν. — [5]) In MS. scribitur π^{εί}ον. — [6]) In MS. scribitur πενθ^{ου}ς. In *Par.* legitur: τῆς ἡμέρας ἄρτους δ' . . . . . μενους. — [7]) l. διαλείπεις. — [8]) l. βοηθόν. — [9]) In *Par.* C. Ψινθάην τὸν ἐπιστάτην. — [10]) In *Par.* C. ἐναντιῶσαι, cetera autem desunt in *Par.* C. — [11]) l. ὁμοίως.

templorum, et cogas dare nobis statim debitas XVIII[i] et XIX[i] anni olyrae artabas 160; similiter vero et quod erit . . . . ."

»ex nominato Asclepieo accepimus inde a Luctu . . . . . panum (coctorum?) et 3 panum . . . . . in . . . . ."

Felix esto.

Vs. 5. *Καὶ πρότερον μὲν ἐδώκαμεν.* Intelligitur fortasse *Pap. Vat.* D, qui libellum continet a Ptolemaeo sui ipsius et gemellarum nomine ad Sarapionem scriptum.

Vs. 10. *τὰ δέοντα sunt omnia quae ad vitam sustentandam sunt necessaria, alimentum;* qua significatione in interpretatione Graeca *Vet. Test.* usurpatur.

ὄλυραν. Olyra frumenti sive *hordei* genus est quo in primis vescebantur Aegyptii; vid. Herod. II, 36 et 77. Plinius de eo egit *Hist. Nat.* XVIII. 11, 15, 19, 20, 24. et XXII. 57; LXVIII. 15 Turranii sententiam memorat, *olyram* et *oryzam* easdem esse existimantis; posterioribus duobus locis ipse *arincam*, frumenti genus Galliae proprium (Plin. XVIII. 19), eamdem esse indicat quam et *olyram* vocant. De olyrae pretio utilia discimus ex *Pap. Brit.* XIII, et ex iis quae A. Peyron annotavit, pgg. 77 sqq. Ceterum cf. A. Peyron ad *Pap. Taur.* XIII. 10. pg. 73.

Vs. 11. *ἔγραψας Μεννίδει τῷ ἐπιμελητεῖ.* Ex *Pap. Vat.* C. vs. 10 videmus Sarapionem Mennidi Epimeletae scripsisse ut Psinthaëm templorum Epistatam gemellis debitum solvere juberet. Post vocem *ἐπιμελητῇ* exciderunt, ut discimus ex *Pap. Par.* C, verba: *τούτου δὲ ἐπιστείλαντος Ψινθάῃ τῷ ἐπιστάτῃ;* de Psinthaë, templorum Epistata vidimus supra ad *Pap. Lugd. Bat.* B; Mennides Epimeletae munus gessit, quod quale fuerit non constat; Reuvensius vitiosa *Pap. nostri* lectione in errorem ductus Mennidem Curatorem sive Epimeletam templorum putaverat, vid. *Lettres,* III. 96.

Vs. 14. *διαλύωμεν.* Corrigendum *διαλυόμεθα;* in *Brit.* XIII. vs. 20: *αἱ δὲ δίδυμαι τῇ λιμῷ διλούονται* (l. *διαλύονται*), cf. *Brit.* XV. vs. 50.

Vs. 15. *ἐκλιπεῖν,* et hic et in *Pap. Lugd. Bat.* B. Col. 2[a], vs. 7[o] scribitur *ἐγλιπεῖν;* simili modo *κ* in *γγ* transiit in *Pap. Brit.* II. vss. 37 et 86 in verbo *ἐκλογίζειν.*

ἐπὶ οὐ ἐπὶ καὶ τοῦ βιλεικοῦ, κ. τ. λ. Lectionem in utroque Papyro vitiosam hoc fere modo restituendam putaverim: *Ἐπεὶ οὖν ἐκ μὲν τοῦ βασιλικοῦ κεχρημάτισται τοῖς προεστηκόσι τῶν ἱερῶν καὶ εἰς ἡμᾶς ὄλυρα ἀπὸ τοῦ ιη' ἕως τοῦ ιθ'* ∟, *Quoniam igitur quidem ex aerario regio distributa,* (vel *decreta*) *fuit templorum praepositis et in nostrum usum olyra ab anno XVIII[o] usque ad XIX[um];* significant gemellae ex aerario regio olyram distributam

quidem fuisse templorum praefectis, ut hi debitam portionem gemellis traderent; *ἡμεῖς δὲ οὔτε τὴν ὄλυραν, οὔτε τὴν καθήκουσαν ἀντὶ ταύτης δίδοσθαι ἡμῖν ἐκ τοῦ ἱεροῦ σύνταξιν τῶν κυλληστίων κεκομίσμεθα, ἀλλ' ἢ τὸ ἥμισυ, nos vero neque olyram, neque quod hujus loco dari nobis debet ex templo salarium panum olyraceorum accepimus, nisi dimidium.* Verbum *χρηματίζειν* hoc loco significat *distribuere, emetiri;* particula *μὲν* in initio sententiae requiritur ob sequens *ἡμεῖς δέ;* propositio *εἰς* hic significat *in usum, εἰς ἡμᾶς in usum nostrum, nobis.* Olyrae loco *Cyllestes* gemellis praebebantur, quas *panes olyraceos* interpretamur, secundum Herodoti locum notissimum II. 77: *Ἀρτοφαγέουσι δέ, ἐκ τῶν ὀλυρέων ποιεῦντες ἄρτους, τοὺς ἐκεῖνοι κυλλῆστις ὀνομάζουσι.* De panibus istis cff. quos laudavit Jablonskius in *Opp.* a Tewatero editis Vol. I. pgg. 116, 117; B. Peyron, pg. 76; et *Pap. Brit.* XIII. vs. 15; XV. vs. 44. Vox ipsa, quae et *κολλῆστις, κυλλάστις* scribitur, Aegyptia est, composita fortasse ex ⲭⲟⲗ, sive ϭⲱⲱⲗⲉ, *placenta* et ⲗⲏⲥⲧ, sive ⲗⲁⲥⲧ, participio verbi ⲗⲉⲥ, ⲗⲓⲥ, ⲗⲱⲥ *contundere, conterere, frangere.* — Posteriora *ἀλλ' ἢ τὸ ἥμισυ*, correximus ex *Pap. Brit.* XIII. vss. 15 et 17.

Vs. 22. *δὲ τοῦ ἐκ τοῦ Ἀσκληπιείου, κ.τ.λ.* Sequitur altera querela gemellarum de panibus coctis tribus, quos inde a tempore Luctus de Apide mortuo, quotidie ex Asclepieo accipere debuerant. Locum corruptum et lacunis plenum hac fere ratione corrigendum putamus: *τοὺς δὲ ἐκ τοῦ Ἀσκληπιείου γιγνομένους ἡμῖν ἄρτους πεπτοὺς καθ' ἡμέραν γ', ἀπὸ τοῦ μὲν πένθους ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας οὐκ εἰλήφαμεν, quoniam vero ex Asclepieo decretos nobis panes coctos quotidie tres, a Luctu usque ad hodiernum diem non accepimus, precamur* cett. Correctio nostra nititur *Pap. Brit.* XII. vss. 1—3, ubi legitur: *Τὸ γινόμενον ταῖς διδύμαις ἐκ τοῦ Ἀσκληπιείου ἄρτους πεπτοὺς καθ' ἡμέραν γ', ἀπὸ τοῦ πένθος* (l. *πένθους*) *ἕως τῆς σήμερον ἡμείρας* (l. *ἡμέρας*) *οὐκ ἰλήφασιν* (l. *εἰλήφασιν*)*;* ex eodem Papyro discimus panes eos dari solitos fuisse ob libationes quas in Aesculapii templo perficiebant gemellae.

Vs. 31. *ὀλύρας ἀρ ρξ'* i. e. *ὀλύρας ἀρτάβας ρξ', olyrae artabas* 160. Ex *Pap. Vat.* D. vs. 15 discimus olyrae debitum duorum annorum, praeter debitum XX[i] anni, itaque annorum XVIII[i] et XIX[i] fuisse 80 tantum artabarum; quapropter statuendum, quod calculo instituto fecit B. Peyron in annot. ad *Pap. Brit.* XIII. vs. 19. pgg. 80, 81, hic quoque agi de debito anni XX[i], et in vs. antecedenti addendum fuisse *καὶ τοῦ κ'* ∟. — Compendium vocum *ἀρ ρξ'* delineatum exhibet Tab. nostra n°. 10.

ὁμοίως δὲ καὶ τήν. Posterioris hujus libelli partis, quae ut supra diximus in prioris papyri nostri folii margine inferiori scripta est, nonnulla certe ex *Pap. Brit.* XIII. vss. 27—29 restitui possunt hac ratione: *ὁμοίως δὲ καὶ τὴν γιγνομένην ἐκ τοῦ δηλουμένου Ἀσκληπιείου ἐφελκυσμένην, ἀπὸ τοῦ πένθους σύνταξιν τῶν ἄρτων, et similiter debitum ex nominato Asclepieo fraude*

5

ablatum inde a Luctu salarium panum...., reliqua enucleare nequeo, sed numerum continere debent panum gemellis solvendorum, et votum fortasse quod praecedit verbo solemni *Εὐτύχει*. Verbum *ἐφελκύειν* hoc loco significare videtur *fraudulenter aliquid alicui detrahere;* in *Pap. Lugd. Bat.* B. Col. 3[a], vs. 12, verbum usurpatur *παρελκύειν*. Ceterum hic apponimus versus 5 posteriores *Pap. Brit.* XIII, ex quibus nostro loco fortasse lux quaedam oriatur: *ὡμοίως* (l. *ὁμοίως*) *δὲ καὶ τὴν γινομένην* (l. *γιγνομένην*) *ἐκ τοῦ δηλουμένου Ἀσκληπιείου ἀπὸ τοῦ πένθους ἐφελκυσμένην* (adde *σύνταξιν*) *ἄρτου δ̄* (l. *ἄρτων πεπτῶν* (?). *Σοὶ δὲ ὁ Σαράπις ἀνδαπόδωσι* (l. *ἀνταποδοίη*) *χάρειν* (l. *χάριν*) *καὶ μορφὴν πρὸς βασιλέα. Εὐτύχει.* Simile votum vid. in *Pap. Lugd. Bat.* D. vss. 11 et 12.

Anno XXI° exeunte aut XXII° ineunte iterum libellum Ptolemaeo et Cleopatrae obtulerunt gemellae, ut oleum debitum annorum XX[i] et XXI[i] ipsis solveretur. Exstat libellus ille in *Pap. Par.* B. Cf. Reuvensius *Lettres*, III. pg. 102; ubi tamen animadvertendum non tantum XX[i], sed diserte quoque sequentis anni debitum memorari in *Pap. Par.* vs. 15.

PAPYRUS F.

CAUSA APOLLONII ET CHOLCHYTARUM.

Causa ea cognoscitur ex *Papyris Taurinensibus* III°, (cujus alterum exemplar servatur in Mus. Reg. Paris.) et IV°. Cholchytae quinque, in Memnoniis prope Diospolin habitantes, domum occupaverant, cujus possessionem Apollonius, Hermiae filius, sibi vindicaverat libello, quem Ptolemaeo regi et Cleopatrae reginae obtulerat (*Pap. Taur.* III), et Ptolemaide in Chrematistarum vas injecerat, vid. *Pap. Taur.* IV. vss. 10 et 11. Litem deinde transactione composuerat anno Ptolemaei Euergetis IIⁱ XLIV°, cujus transactionis documentum continetur in *Pap. Taur.* IV°. Eandem causam spectat *Papyrus* noster F, in quo Alexander ejusque collegae (?), Cholchytis scribunt de libello Apollonii, deque injuriae actione quam hic contra Cholchytas instituerat (vid. *Pap. Taur.* III. vs. 44 et IV. vs. 15).

Papyrus est structurae rudioris et texturae crassioris, primae sive inferiori schedae rectae duabus schedis transversis impositis. Longitudine est 0.31, latitudine 0.11. Textus constat una columna versuum 22, quorum 12 posteriorum media pars periit lacuna, et quae supersunt literae plus minus deletae sunt, ut non nisi difficillime enucleari possint. Scripturae specimen priorum 6 versuum exhibemus in Tab. II, 11. — Ceterum de eo egit Reuvensius *Lettres*, III. art. X, pgg. 63—65.

Ἀλέξανδρος καὶ οἱ μέτο-
χοι, οἱ πραγμα[τ]ευόμενοι
τὸ [ὠ]νητρικὸν [1]) *κα[ὶ τὸ]*

---

[1]) l. *ὠνητικόν*.

ἐπιδέκατον ἀπὸ τοῦ . .
θυρίτου εἰς τὸ μγ´ ∟,
Ψενχώνσει καὶ Χονόπρει
τυν[1] *Τεεφίβιος καὶ ρ.....*
καὶ Πεχύτῃ τοῦ Ὥρο[υ]
καὶ Μεντόνητι χαίρειν·
Περὶ τῆς ἐντ[εύ]ξεως ἧς
ἐνέ[βαλεν καθ᾽] ὑμῶν
Ἀπο[λλώνιος] ὃς καὶ Ψεμ-
μ[ώνθης Ἑρ]μίου
. . . . ἀδικ[ίου]
επιλ . . . . . στο . . . . .
ην . . . .
περὶ . . . . . εκατου τ . . . . .
καὶ σ . . . . . της ου . . . . .
υμι . . . . . μεν . . . . . υ . ου
μὴ ε . . . . . μεν ὑμῖν περὶ
αὐτο . . . . . ος περὶ ἡμῶν
. . . . .
[ἐπ]ηκολούθηκα.

In aversa papyri parte, literis majoribus:

Ἀποχ[ή].

»Alexander et socii exigentes emtionum (tributa) et decumas a . . . . . anno XLIII°, Psenchonsi et Chonopri (filiis) Teephibidis et . . . . . et Pechytae (filio) Hori et Mentoneti salutem. De libello quem injecit contra vos Apollonius qui et Psemmonthes vocatur, filius Hermiae . . . . . injuriae . . . . Secutus sum."

» Apocha."

Vs. 1. *Ἀλέξανδρος καὶ οἱ μέτοχοι.* Videntur plures eodem munere simul functi fuisse, quod in exigendis rerum emtarum tributis et decumis nomi alicujus Aegypti, Pathyritae fortasse, versabatur. Simili munere anno post hunc XLIV^{um} Ptolemaei Evergetis II^{i} octavo, igitur anno LII°, functi sunt Hermocles et Alexander, qui, ut ex *Pap. Taur.* XII° scimus, Horo cuidam testimonium dederunt de domo ejus in Memnoniis illo anno non vendita. *Μέτοχοι* autem

[1]) l. *τοῦ.*

dicuntur qui *societatem inierant ad certa quaedam tributa redimenda et exigenda;* Reuvensius l. c. vertit: *co-intéressés.*

Vs. 2. *οἱ πραγματευόμενοι τὸ ὠνητρικὸν καὶ τὸ ἐπιδέκατον.* Reuvensius vertit l. c.: *employés commis aux ventes et au payement des dixièmes.* Legendum putamus *οἱ πραγματευόμενοι τὸ ὠνητικὸν* (sc. *τέλος* ut supplet Reuvensius) *καὶ τὸ ἐπιδέκατον ἀπὸ τοῦ Παθυρίτου*, *exactores (tributi) emtionum et decumarum (rerum venditarum) ex* vel *in nomo Pathyritico; οἱ πραγματευόμενοι* iidem videntur qui alibi *οἱ πράκτορες* dicuntur, quique *tributa, vectigalia, multas* quoque *exigebant. Pap. Lugd. Bat.* Q. apocham continet Practoris ejusmodi. Quale autem *τὸ ὠνητικόν* hoc fuerit nescio, nisi fortasse ipsum sit rerum venditarum *pretium*, ut *τὸ δίδακτρον*, *τὸ δικαστικόν* et similia; quo casu vox *τέλος* certo subaudienda non erit. *Τὸ ἐπιδέκατον* est *decima pars* pretii rei venditae, quae praeter pretium illud fisco regio solvenda erat. Decumarum ejusmodi apochae, a Trapezita subscriptae, plures servantur in Musei Lugd. Bat. Papyris. Lacuna in fine vs. 4. literas *Πα* facile admittit, initium versus sequentis *τυρίτου* vel *θυρίτου* legimus, et intelligendum putamus nomum *Παθυρίτην*, eundem et *τὸν Περιθῆβας* dictum. Quamvis hoc nomen potius orientali nomi parti tribuatur, pars Libyca, citra flumen sita, priori nomine Graecorum tempore proprie vocetur, utroque tamen nomine promiscue totum nomum saepe indicari docuit A. Peyron ad *Pap. Taur.* IV, vs. 2. pg. 30. Quum autem de possessione litigatum fuerit domus in eodem nomo sitae, facile intelligimus, cur a Practore Pathyritae documentum acceperint Cholchytae. Praepositio *ἀπὸ* denique hic pro *ex* accipienda est, et periphrasin genitivi efficit; de quo cf. A. Peyron ad *Pap. Taur.* I, 1, vs. 9. pgg. 58, 59.

Vs. 5. *εἰς τὸ μγ′* ∟ *usque ad annum XLIII*[um], vel *anno XLIII*°. Reuvensius l. c. pg. 64 legerat *εἰς τὰ βασιλικά*, comparato *τὰ βασιλικὰ πραγματευόμενοι*, quod in aliis papyris saepe obvium est. Sed ∟, siglum vocis *ἔτος* (*Λυκάβας*), certissime legitur, neque ullum dubium de *μ* prima numeri nota; altera nota an *γ* sit, non affirmaverim; sed quum de lite transactum fuerit anno XLIV°, ad eundem aut ad unum annorum trium praecedentium numerus referendus est.

Vs. 6. *Ψενχώνσει καὶ Χονόπρει, τοῦ Τεεφίβιος, καὶ ρ....., καὶ Πεχύτῃ τοῦ Ὥρο[υ], καὶ Μεντόνητι χαίρειν.* Lacunam vs. 7° supplendam putamus *καὶ Ἀρίτρῃ*, quamvis prima nominis litera, eaque una superstes, *ρ* sit; nomen Hori in vs. 8° ex intricatis literarum ductibus haud ita facile enucleari potuisset sine auxilio papyrorum Taurinensium, in quibus iidem Cholchytae nominantur, sed scriptura nominum aliquantulum variante, quod scriptorum incuriae aut Aegyptiorum mori, diversa nomina eidem homini imponentium, tribui possit. In *Pap. Taur.* III, vss. 5—9, leguntur nomina *Ψενχώνσιος* et *Χονομπρέους τῶν Τεεφίβι[ος]*, *Ἀριτρέους* et *Πεχύτου τῶν Ὥρου*, etc. *Μεντέμητος*, cujus

patris nomen Apollonius se ignorare ait; in *Pap. Taur.* IV, vss. 5—8 Apollonius litem transigit cum *Ψενχώνσει Τεεφίβιος, Χονόμπρῃ Ἀρσήτιος, Ἀρίτρῃ καὶ Πεχύτῃ τῶν Ὥρου*, et *Μοντόμητι Ἐριέως, τοῖς πέντε Χολχύταις*. Jam ejusdem nominis sive ad primae sive ad tertiae declinationis normam flexi diversitas nos non morabitur, quum magnam sibi hac in re libertatem vindicasse videantur Graeci Aegyptii; sed majorem difficultatem movet, quod in *Pap. Taur.* III° et *Lugd. Bat.* nostro Psenchons et Chonopres Teephibidis filii dicuntur, quum in *Pap. Taur.* IV°, ille tantum Teephibidis filius, Chonompres vero Arsetidis filius vocetur; quapropter aut statuendum Apollonium in papyris duobus prioribus, i. e. *Taur.* III°. et *Lugd. Bat.*, minus recte Psenchonsem et Chonomprem fratres nominasse, aut eundem Teephibidem Arsetidis quoque nomen habuisse; posterius fortasse verisimilius videretur si alterutrum horum nominum Graecum esset; nunc vero de Apollonii errore cogitandum, qui ipse in *Pap. Taur.* III°. vs. 10, addit: *ἢ εἴ τινα αὐτοῖς ἄλλα ὀνόματά ἐστιν.* Idem error cernitur quoque in uno eodemque *Pap. Taur.* I°, ubi Pag. I, vss. 18 et 19, Psenchons Teephibidis, et Chonopres Arsiesidis filius dicitur, quum secundum pg. 5, vs. 6 idem Teephibis et Psenchonsis et Chonopris pater fuerit. — Ex Cholchytis qui in *Pap.* nostro hic vocantur, duos tantum eosdem offendimus in *Pap. Taur.* II°, quem ad annum L^{um} referendum censet A. Peyron, et in *Pap. Taur.* I°, qui ad annum LIV pertinet, Chonophrem sive Chonnoprem et Psenchonsem; reliqui eo tempore Cholchytae fuerunt Horus, filius Hori, secundum *Pap. Taur.* II, vs. 6, (Arsiesidis, secundum *Taur.* I, vs. 18), Panas filius Pechytis, et Nechytes filius Asotis, quorum itaque unus, Panas, in patris locum post annum XLIV^{um} successisse videtur. — Ceterum omnia Cholchytarum horum nomina Aegyptia esse vix opus est ut moneamus; explicationem vero et interpretationem eorum nunc non tentamus, ne longius quam par est abducamur; de uno tamen, Mentonetis monendum, melius secundum *Pap. Taur.* III, *Μεντέμης*, vel secundum *Pap. Taur.* IV, *Μοντόμης* legendum videri; nomen enim compositum ex ⲙⲟⲛⲑ, MONTH, MANDU et ⲙⲥ, MES, *natus*, et significat *filius dei Month.* — De Cholchytarum nominis derivatione et in primis de eorum officiis abunde egit A. Peyron ad *Pap. Taur.* I, ann., pgg. 77—89. Priorem nominis partem comparat cum radice Memphitica ⲭⲟⲗϩ, et Thebaica ϭⲟⲗϫ, *περιβάλλειν involvere;* sed videndum an non alia radix ⲕⲁ, ⲕⲱⲗ, *involvere*, hic usu venire possit, cui affinis est vox hieroglyphica ⲕⲁⲥ, *involvere fasciis*, et ⲕⲁⲥ.ⲧ sive ⲧ.ⲕⲁⲥ, quae *mumiae* imagine determinatur; cf. Champollionus *Gr. Ég.* pg. 80, add. 102, 381 et 385; in Coptica lingua supersunt ⲕⲱⲥ et ⲕⲱⲱⲥ *cadaver conditum*, hieroglyphice ⲕⲥ, quod *sarcinulae colligatae* aut *fascia circumdatae* imagine determinatur et eandem *fasciis involvendi*, *condiendi* significationem habet. Cf. Champoll. op. cit. pgg. 374, 385. Priori itaque compositi parti *cadaveris conditi*, sive *mumiae* notionem inesse putaverim; sed restat altera

pars, quae literis *χυτ* contineri videtur, nam postrema syllaba *ης* terminatio Graeca est. Comparari fortasse possint Coptica ⲕⲁⲧ, ⲕⲉⲧ, ⲕⲟⲧ, ⲕⲱⲧ, ⲕⲱⲧⲉ *convertere*, *obvolvere*, *cingere*, ita ut Cholchytae sint qui *mumias obvolvunt*, *involvunt;* aut ϩⲟⲉⲓⲧⲉ, ϩⲟⲓⲧⲉ *vestis*, qua ratione indicentur *qui mumias vestiunt*, *adornant*.

Vs. 10. *τῆς ἐντ[εύ]ξεως ἧς ἐνέ[βαλεν καθ'] ὑμῶν.* De libello eodem agitur in *Pap. Taur.* IV°, vss. 9—12: *περὶ ἧς ἐνέβαλεν κατ' αὐτῶν ἐντεύξεως εἰς τὸ προκείμενον ἐν Πτολεμαΐδι ἀγγεῖον ὑπὸ Χρηματιστῶν, ὧν εἰςαγωγεὺς Ἀμμώνιος τοῦ μδ' ∟ Ἐπείφ;* ex quo loco hunc nostrum restituere potuimus. Chrematistae, docente A. Peyron ad *Pap. Taur.* III, vs. 34, pg. 10, nomos peragrabant, ut facile quisquis jura sua obtinere posset, et in certis locis, nomorum capitibus ut videtur, vas proponebant in quod libelli conjicerentur. Libellus autem Apollonii, quem ipsum, aut cujus apographum, in *Pap. Taur.* III° superstitem habemus, depositus fuerat in vas Chrematistarum, anni XLIV[i] mense Epiphi Ptolemaïde expositum. — *Ἐμβάλλειν* vs. 11 per ellipsin dicitur pro *ἐμβάλλειν εἰς τὸ ἀγγεῖον;* et phrasis *ἐμβάλλειν ἔντευξιν κατά τινά* lexicis erit addenda.

Vs. 12. *Ἀπο[λλώνιος], ὃς καὶ Ψεμμ[ώνθης, Ἑρ]μίου.* Hanc quoque lacunarum restitutionem debemus *Papp. Taurr.* III, vs. 3, et IV, vs. 3; unde etiam discimus Apollonium unum fuisse *τῶν ἀπὸ Διοςπόλεως τῆς μεγάλης τῆς Θηβαΐδος μισθοφόρων ἱππέων*, *equitum mercenariorum Diospolis magnae Thebaidis*, quorum turmas primis quidem temporibus ex peregrinis, Graecis, Asiaticis, aliisque equitibus constitisse, postea vero Ptolemaeis non abnuentibus, ex Aegyptiis quoque suppletas et auctas fuisse docet A. Peyron ad *Pap. Taur.* III, vs. 4, pg. 8; et probari videtur ipsius Apollonii exemplo, quem Aegyptiae originis fuisse apparet quodammodo ex nomine Aegyptio *Ψεμμώνθης*, et ex eo quod, vss. 12 et 13 ejusdem *Papyri*, domum quam sibi vindicat, *προγονικήν* dicit. Nomen Graecum fortasse ipsi impositum fuit quo tempore conscribebatur in numerum equitum mercenariorum, et versionem quodammodo constituit nominis Aegyptii ⲡⲥⲉⲛ̄ⲙⲱⲛⲑ, PSE-N-MONTH, i. e. *Filius (dei) Month*, quem cum Apolline suo compararunt Graeci. Similis convenientia cernitur quoque in nominibus Hermiae et Petenephotis, quibus Apollonii patrem appellatum fuisse scimus ex *Papp. Taurr.* iisdem : *Ἑρμίου τοῦ καὶ Πετενεφώτου;* significat nomen hoc Aegyptium *τὸν τοῦ Νεφώτου*, quasi *servum*, *famulum dei Nephoth* dixeris, et in textibus Aegyptiacis scribitur ⲡⲉⲧⲉⲛϥⲣⲱⲧⲡ vel ⲡⲉⲧⲉⲛϥⲣⲱⲑⲫ, PETENOPHEROTP, cujus vocis tres posteriores syllabas Graeci aut *Νεφερώθ* aut per contractionem *Νεφώθ* scripserunt; cf. Champoll. *Gr. Ég.* pgg. 135 et 310. Est autem ⲛϥⲣⲱⲧⲡ, unum ex cognominibus Osiridis, dei Inferorum, cui Mercurius, sive *Ἑρμῆς* quadam ratione assimilatus fuisse videtur.

Vs. 14. *ἀδικ[ίου].* Injuriae quoque Cholchytas accusaverat Apollonius,

cf. *Papp. Taurr.* III, vs. 44 et IV, vs. 15. De vocis significatione juridica egit A. Peyron, pg. 15.

Ex iis quae sequuntur certi aliquid enucleari posse non videtur; in vs. 17 tamen vocis *ἐπιδεκάτου* reliquias cerni, eamque spectare decimas pretii domus a Cholchytis, ut perhibebant, emtae secundum legem solutas conjicio.

Vs. 23. [*ἐπ*]*ηκολούθηκα*, literae *π* vestigium superest in papyro. Reuvensius, *Lettres* III, pgg. 64, 65 comparat formulam *Χρύσιππος ἐπακολού*..... quae legitur in fine duorum *Papyrorum Vindobonensium* Zoidis causam spectantium, et vertit *j'ai suivi*, formulam censens in hujusmodi apochis solemnem. A. Peyron ad *Pap. di Zoide* vs. 40, pg. 42 conjicit Chrysippum voce *ἐπακολουθεῖν* testari se Zoidem secutum, debiti *solutioni adfuisse*. Ejusmodi ratione et hic fortasse *ἐπηκολούθηκα* accipiendum erit, quod ob literarum ductus a reliqua apochae scriptura diversos, ab aliena manu profectum esse haud temere statueris.

Quae in dorso legitur vox. literis grandioribus, *Ἀποχ*[*ή*], addita fortasse fuit a Cholchyta, in cujus custodiam reliqui papyrum tradiderant.

PAPYRI G, H, I, K.

QUERELA PETESIDIS, ARCHENTAPHIASTAE OSORAPIDIS ET OSOROMNEVIDIS, DE VEXATIONE.



Petesis, Chenuphidis filius, archentaphiastes boum sacrorum Osorapidis et Osoromnevidis, in Anubieo prope Memphidem, concussionem passus et in pluribus vexatus a quibusdam ministris publicis, libello adierat regem Ptolemaeum Alexandrum et reginam Berenicen, anno regni illius XVI°, ante C. 99°, petens ut per Philocratem Epistolographum mandatum ederetur, quo in posterum tute suis frui posset et ab omni molestia liberaretur. Cui rogationi rex satisfecit rescripto ab Epistolographo ad nomi Memphitae Strategum aliosque ministros misso, cujus archetypum continetur in *Pap.* G. Strategus autem rescriptum regium cum reliquis ejusdem nomi magistratibus communicasse videtur, ita tamen ut ipsius regis nomine ad certos tantummodo magistratus perferretur, qui ceteros quos spectabat ministros epistola scripta de eo monerent. Posterioris hujus generis epistolae exemplar servatur in *Pap.* H, in quo regii rescripti ad Apollodorum et ipsius libelli apographa a Timonico quodam ad Anubiei Epistatam mittuntur. Ejusdem fortasse generis instrumenti fragmenta supersunt in *Pap.* I, nisi apographum tantummodo sit habendum *Papyri* quem priori loco memoravimus. *Papyrus* denique K. epistolam continet ad eandem Petesidis causam pertinentem, sed nimis mutilam, quam ut multum inde discere possimus.

Ex brevi hac descriptione jam patet integerrimum idque rarissimum hic nobis servari regii rescripti exemplar, cujusmodi aliud in basi Obelisci, quem ex Philis insula in Angliam transvexit BANKESIUS inscriptum, sed nuper demum quantum ejus supererat descriptum, edidit et restituit Letronne, in *Recueil des Inscriptt. Grr. et Latt. de l'Égypte*, pgg. 337 sqq. — De Papyris nostris, qui omnes Memphide reperti sunt, egit Reuvensius, ipsis rescripti *Pap.* G, et Timonici epistolae, ut et rescripti ad Apollodorum verbis editis, in *Lettres* etc. III. pgg. 35—52, artt. VI et VII.

PAPYRUS G.

Papyrus est texturae pulcherrimae et satis tenuis, altus 0.47, latus 0.45; hic illic, sed praecipue in fine versuum 8—13, mutilus. Textus, literis majoribus et ab initio usque ad finem eadem manu scriptus, constat versibus 22, margine latiori 0.08—0.10 circiter vacuo relicto. Complicatus fuit et sigillo argillaceo, imaginem aquilae sinistrorsum progredientis exhibente, obsignatus. Scripturae specimina exhibemus in Tab. II^{a}, nn. 12, 13; ipsum sigillum eadem Tab. n. 14.

[Β]ασιλεὺ[ς Π]τολεμαῖος, ὁ ἐπικαλούμενος Ἀλ[έξαν]δρος, καὶ βασ[ίλισσα Βερενίκη],
[ἡ] ἀδελφή, τῷ στρατη[γ]ῷ τοῦ Μεμφίτου, κ[αὶ] τῷ φρουράρχῳ, [καὶ] τῷ ἐπισ[τάτῃ]
[τ]ῶν φυλ[ακιτ]ῶν καὶ ἀρ[χι]φυλακίτῃ, καὶ τῷ ἐπὶ [τ]ῶν προσόδ[ω]ν καὶ βασιλ[ικ]ῷ
[γρ]αμματεῖ, καὶ τοῖς ἐπιστάταις τῶν ἱερ[ῶ]ν καὶ ἀρχιερεῦσι, [καὶ] τοῖς ἄλλοις τοῖς
*[τὰ] βασιλικὰ πραγματευομένοις χαίρει[ν]. **Τῆς** δεδομέν[ης] ἡμῖν ἐντεύ-*
*[ξ]εως ὑπὸ **Πετήσιος**, περὶ ὧν προφέρεται, [π]αρ' ἕκαστ[ον σκ]ύλλεσθ[α]ι*
*[ὑπ'] ἐνίων, ἀντίγραφ[ο]ν ὑπόκειται. **Γινέσθ**[ω ο]ὖν ἕκαστ[α καθ]άπερ ἀξιοῖ.*
Ἔρρω[σθε. ∟ ις', Δίου] κθ', Θ[ωὺ]θ κθ'.

---

*[Βασι]λεῖ **Πτο**[λεμ]αίῳ, τῷ κ[αὶ] Ἀλεξάν[δρῳ], θεῷ φ[ιλομήτορι, καὶ βασιλίσσῃ Βερενίκῃ],*
*[τ]ῇ ἀδελ[φ]ῇ, θεᾷ φιλα[δέλ]φῳ χαίρειν **Πέτη**[σις **Χενούφιος**, ἀρχενταφιαστὴς]*
[Ὀσ]οράπιος καὶ Ὀσορμνε[ύ]ιος, θεῶν ἀειζωίων[1]. [Χρείας πλείους κα]ὶ ἀναγκα[ίας]
[π]αρεχόμενος τοῖς προγεγραμμένοις θεοῖς τὰς [χ . . . . τὰς] ὑπὲρ
[ὑ]μῶν, μέγ[ισ]τοι θεοὶ κα[ὶ] νικηφόροι, εὐχὰς καὶ θυσία[ς ἐ]πιτελῶ, [διδόναι ὑμῖν] ὑγίειαν,
[ν]ίκην, κράτος, σθένος, κυριείαν τῶν [ὑ]πὸ τὸν οὐρανὸν χώρω[ν· σκυλλόμεν]ος δὲ καὶ
[δια]σειόμενος παρ' ἕκαστον, εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν . . . . . αγω[ν ἐπὶ τούτων τῶν τόπων, τὴν

1) l. ἀειζώων.

[ἐ]φ' ὑμᾶς καταφυγὴν πεποίημαι, καὶ ἀξιῶ δεό[με]νος, ἐὰν [ὑμῖν δοκ]ῇ, προςτάξαι Φιλοκράτει

τῷ συγγενεῖ καὶ ἐπιστολογράφῳ, ἐνδο[ῦν]αι περὶ ἐ[μοῦ] καὶ τῆς [οἰκίας] μου ἐντολὴν πε[ρι]-

ἔχουσαν, μη[θ]ενὶ ἐξεῖναι εἰςβιάζεσθαι εἰς αὐτ[ὴ]ν, μηδὲ κ[αὶ αὐ]τὴν περισπᾶν

κ[ατὰ] μηδένα τρόπον, μηδὲ διάσειν[1]) με, μηδὲ ἐπιβάλλειν [ἐπ' ἐμὲ] τὰς χεῖρας καὶ ἐπ' αὐτῆς δὲ

τ[ῆ]ς ο[ἰ]κίας [μου πρ]οθεῖναι ἐν λευκώμα[τ]ι, καὶ τῷ [β]ασ[ιλικῷ] γραμματεῖ προσφωνηθῆν[αι]·

ἵ[να] τυχὼν τῆς παρ' ὑ[μ]ῶν φιλ[αν]θρ[ω]πίας, [ἐ]πιτελῶ[2]) τὰς τῶν θεῶν λε[ι]τουργίας

Εὐτυχεῖτε.

»Rex Ptolemaeus, cognominatus Alexander et regina Berenice, Soror, Stratego (nomi) Memphitae, et Phrurarcho, et Epistatae Phylacitarum qui et Archiphylacita, et redituum Procuratori qui et Regius scriba, et Epistatis templorum qui et Pontifices maximi, et reliquis regiis ministris salutem. Traditi nobis libelli a Peteside de (iis) quae exponit, continuo vexari (se) a quibusdam, antigraphum sequitur. Fiant igitur singula veluti petit."

»Valete. [Anni XVIⁱ, Dii] 29°, Thouth 29°."

»Regi Ptolemaeo, qui et Alexander, deo Philometori et reginae, Sorori, deae Philadelphae salutem Petesis (filius) Chenuphidis, Archentaphiastes Osorapidis et Osormnevidis, deorum sempiternorum. Munera plura et necessaria obiens apud praescriptos deos ..... pro vobis, maximi dii et victoriosi, preces et sacra perficio, ut dent vobis valetudinem, victoriam, potentiam, robur, dominationem terrestrium regionum. Vexatus vero et concussus continuo, temere et forte fortuna degens in his locis ad vos perfugi, et peto supplicans, si vobis videatur, ut jubeatis Philocratem Cognatum et Epistolographum edere circa me et domum meam mandatum, continens nemini licere vi ingredi ipsam, neque et ipsam (mihi) detrahere nullo modo, neque concutere me, neque injicere mihi manus; et in ipsa domo mea edere in albo, et regium scribam compellare; ut adsecutus vestram humanitatem, perficiam deorum liturgias."

»Felices estote!"

---

[1]) l. διασείειν. — [2]) l. ἐπιτελῶ.

Vs. 1. *[B]ασιλεὺ[ς Π]τολεμαῖος ὁ ἐπικαλούμενος Ἀλ[έξαν]δρος καὶ βασ[ίλισσα Βερενίκη] ἡ ἀδελφή.* Est hic Ptolemaeus Alexander I, ut apparet ex cognomine Philometoris, quod ex altero libelli apographo, *Pap.* H, vs. 21°, facile restitui potuit. Mirum fortasse videatur quod hic Cleopatrae Coccae, matris, nomen desideramus, quum Porphyrio teste, haec semper in actis una cum filio, et ut ex monumentis discimus priori loco, memoretur, usque ad annum Ptolemaei regni XXV^{um}, quo filii jussu interfecta est; vidd. quos citavit Reuvensius *Lettres*, III. pg. 40 (*a*), (*b*). Difficultatem sustulit Reuvensius, pgg. 40—43 docens, comparatione instituta omnium actorum quae ad XVI^{um} Ptolemaei annum referuntur, eo tempore discordias matrem inter et filium ortas et hunc aliquamdiu saltem ab matris imperio liberatum fuisse. Berenice, quae et ipsa Cleopatrae nomen gessit, ut ex contractibus duobus anni XXVI^{i}, *Papp. Lugd. Bat.* O, et *Berol.* n. 43. *a* apparet, Ptolemaei Alexandri uxor, in omnibus hujus anni XVI^{i} actis, quae hucusque innotuerunt, una cum marito nominatur; in uno *Berolinensi* n. 52, Cleopatrae matris, sed post regis demum nomen, simul et Berenices uxoris mentio fit. Ad eundem autem annum Papyrum nostrum referendum esse infra videbimus. — *Ἀδελφῆς*, *Sororis* nomine, licet alio patre prognatam, imo et quamvis antea nullum cognationis vinculum intercessisset, regis uxorem designari, docuerunt Letronne, *Recherches* pgg. 8, 10, et 348. *Recueil* etc. pg. 3, et A. Peyron ad *Pap. Taur.* I. 1. vs. 10. pg. 62. In inscriptione tamen Obelisci Bankesiani, tam in rescripto regio, quam in ipsa petitione probe distinguuntur Cleopatra, Ptolemaei Evergetis II^{i} soror, et alia Cleopatra, ejusdem Ptolemaei uxor; illa *ἀδελφῆς* hac vero *γυναικός* nomine insignita.

τῷ στρατη[γ]ῷ τοῦ Μεμφίτου — καὶ ἀρχιερεῦσι. Quinque nominantur magistratus diversi ad quos Epistolographus rescriptum regis misit: 1° Strategus nomi Memphitici, 2° Phrurarchus, 3°. Epistata phylacitarum qui et Archiphylacites erat, 4°. Procurator redituum, qui et Scriba regius erat, et 5° Epistatae templorum, qui iidem et Pontifices maximi; reliqui universe tantum nominantur *οἱ τὰ βασιλικὰ πραγματευόμενοι*, *ministri regii*, *ministri publici.* Cf. Letronne *Recueil*, cet. pg. 341. — Phrurarchus est Praefectus Praesidiariorum, vid. A. Peyron ad *Pap. Taur.* III. vs. 40. pg. 15. *Φυλακῖται* sunt *milites praesidiarii*, sed a *φρουροῖς* diversi; hi fortasse in certis urbibus praesidium agitabant, Phylacitae vero regionis fines custodiebant. Letronne, *Recueil* etc. pg. 343 putat iis internam regionis quietem servandam commissam fuisse, (*gendarmerie*); eorum Epistata simul Archiphylacitae titulum gerebat, et universis ejusdem nomi Phylacitis erat praefectus. *Ὁ ἐπὶ τῶν προςόδων* reditus fundorum regios procurasse videtur, quod munus inter majora referendum, quum non tantum Strategis nomorum et, ante Lagidarum imperium, Nomarchis, verum etiam Epistolographo mandaretur. Tempore quo libellus noster scriptus fuit, illud in nomo Memphitico obibat idem, qui *τοῦ Βασιλικοῦ γραμματέως*

munere fungebatur, cujus curae in primis commissum ne praedia regia usurparentur, quam ob rem tabulas servabat in quibus universus nomus describebatur et censuram exercebat in *τοὺς Κωμογραμματεῖς*, *Oppidorum scribas*, et *τοὺς Τοπογραμματεῖς*, *Locorum scribas.* Cff. A. Peyron, ad *Pap. Taur.* I. 1. vs. 3. pg. 51, et 3. vs. 33. pg. 110; Letronne, *Recherches*, pg. 312; *Recueil* pg. 342. *Ἐπιστάται* templorum simul Sacerdotum principes, *Ἀρχιερεῖς*, erant; unicuique autem templo Epistatam praefuisse discimus ex *Papp. Lugdd. Batt.* B. vs. 55, et E. vs. 11. Rescriptum quum ab ipso rege manaverit, statuere possumus diversos magistratus nominari secundum muneris dignitatem, qua in re major auctoritas tribuenda videtur *Papyro* nostro, quam inscriptioni Obelisci Bankesiani, in quo *οἱ ἐπιστάται των φυλακιτῶν* post demum *τοὺς βασιλικοὺς γραμματεῖς* memorantur; sed tenendum sacerdotes insulae Philarum in libello redigendo munerum dignitates haud ita accurate distinxisse.

Reuvensius l. c. pgg. 46, 47 conjicit rescriptum ad Phrurarchum et Phylacitarum Epistatam mitti, ut hi Strategi mandata probe perficienda curarent, si fortasse aliquis resisteret; redituum autem Procuratorem memorari, quoniam apud hunc de censione domus constaret; quum autem eo tempore magnam libelli partem, lacunis scatententem, nondum enucleavisset, ipsas causas querelarum Petesidis, saltem omnes nondum cognoverat. Accurata vero diversorum libelli textuum comparatione instituta, plura quae obscura erant legere, aut quae deerant restituere nobis contigit, quo factum ut de continua vexatione et concussione Petesidem questum esse sciamus, vidd. vss. 14 et 15, et igitur petiisse ut ipse et domus ipsius in posterum ab omni vi et injuria defenderentur, vidd. vss. 18 et 19.

Vs. 6. *παρ' ἕκαστ[ον σκ]ύλλεσθ[α]ι.* Adverbium jungendum videtur cum sequenti verbo *σκύλλεσθαι*, ut apparet ex versu 15°; significat autem *semper, continuo.* Cf. Letronne *Recueil*, pg. 369 note 2; medium *προφέρεσθαι exponendi* significationem habet, cf. ibid note 1.

Vs. 7. *ὑπόκειται*, *sequitur, jungitur.* Diversa significatione adhibetur in *Pap. Lugd. Bat.* D. Col. 2ª. vs. 3. Solemne in ejusmodi rescriptis et alterum fuit *τὸ ἀντίγραφον ὑποτετάχαμεν*, quod in epistola et in rescripto inscriptionis Obelisci Bankesiani legitur.

Vs. 8. *Ἔρρω[σθε. L ις' Δίου] κθ', [Θωοὺ]θ κθ'.* Pluralis *ἔρρωσθε* requiritur quoniam rescriptum ad plures magistratus simul mittitur. Anni nota ex *Pap.* H. vs. 3 facile restitui potuit; mensis Aegyptiaci *Θωοὺθ* litera prima et postrema in Papyro integrae supersunt; mensis Macedonici, qui hic, ut et in aliis ejus generis actis publicis, priori loco memorari debuit, aliud nomen quo lacuna satis apte impleri possit, quam *Δίου* non video; praeterea si calculum bene instituimus, eo anno Dius convenit cum primo mense Aegyptiorum, Thoth.

Vss. 9, 10. Nomina et cognomina regis et reginae ex duobus aliis *Papp.* H et

I, satis certo restititui potuerunt. De reginae nomine tantum animadvertendum nos illud cum *ι*, *βερενίκη*, scripsisse, quoniam duobus locis, in *Pap.* H, vss. 4 et 9 ita legitur.

Vs. 10. *Πέτη[σις Χενούφιος ἀρχενταφιαστής]*. In *Pap. Lugd. Bat.* O vs. 5, nominatur Conuphis Petesidis filius, Taricheutes Asclepiei magni prope Memphidem; quem ex Aegyptiorum consuetudine ab avo appellatum, Petesidis nostri fortasse filium habere possumus. — Erat Petesis Archentaphiastes, id est primus eorum qui boum sacrorum, Osorapidis et Osoromnevidis cadavera condiebant. Osorapidem, sive apidem Memphide in Serapieo magno nutritum fuisse scimus ex *Papp. Britt.* XII. 7 et XIV. 22; jam idem de Mnevide colligere possumus ex libello nostro, quamquam Heliopoli hunc praecipue degisse scriptores veteres produnt. Ex nomine Osorapidis Graeci Sarapidis vel Serapidis, numinis Ptolemaeorum praecipue tempore culti, nomen corrupisse videntur, ut recte monet B. Peyron *Papp. Grr.* pg. 5. In anaglyphis Aegyptiis aevi Ptolemaeorum saepe cernitur deus taurino capite instructus, et in inscriptionibus hieroglyphicis nomine Hapi vel Api-Osor designatus; idem ut videtur qui Osorapidis et Sarapidis nomine innotuit. Ceterum de Apide et Mnevide cff. Champollion, *Panth. Ég.* pll. 37 et 38, et Letronne *Recueil*, pgg. 295, 296. — Pro *θεῶν ἀειζώων* in reliquis libelli apographis dicitur *θεῶν μεγίστων*.

Vs. 11. *[χρείας — π]αρεχόμενος*. — *Παρέχεσθαι χρείας*, *obire munera, officiis fungi*; ita in *Pap. Brit.* XI. vs. 28 dicitur *λειτουργίαν — παρεχομένας*.

Vs. 12. *τὰς [χ . . . . . . τὰς] ὑπὲρ, κ.τ.λ.* Locum lacunosum delineavimus in Tab. II. n. 15; quae desunt ex reliquis apographis restitui non potuerunt; in *Pap.* H. vs. 11. prorsus omittuntur.

Vs. 14. *[ν]ίκην, κράτος, σθένος, κυριείαν τῶν [ὑ]πὸ τὸν οὐρανὸν χώρω[ν]*. In *Pap.* B, gemellae vss. 63, 64, regi exoptant *νίκην* et *κράτος τῆς οἰκουμένης ἁπάσης*; *κυριεία*, *dominatio*, vox est, ni fallor, lexicis addenda.

Vs. 14. *σκυλλόμενος — διασειόμενος*. *Σκύλλειν* usurpatur de omni *vexatione* universe; *διασείειν* magis dicuntur qui *minis*, *aliave ratione illicite* alicui pecuniam vel simile quid *extorquent*.

Vs. 15. *εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν . . . . . ἄγων*. Locum lacunosum exhibuimus in Tab. II, n. 16.

Vs. 16. *τὴν ἐφ' ὑμᾶς καταφυγὴν πεποίημαι*. Ita in *Pap. Brit.* II. 13, 14: *ταύτην ἐφ' ὑμᾶς καταφυγὴν — ποιησάμενον*, et III. 21, 22, *τὴν καταφυγὴν ἐπὶ σὲ πεποιήμεθα*. — Pro *ἐὰν ὑμῖν δοκῇ*, in aliis libellis saepe dicitur *ἐὰν ὑμῖν φαίνηται*, vel *ἐὰν φαίνηται*.

Vs. 17. *ἐπιστολογράφῳ*, de hujus munere cf. in primis Letronne, *Recueil* pgg. 359 seqq., ubi eundem totius Aegypti Pontificem, Sacerdotem divorum regum Graecorum, et Museo Alexandrino Praefectum fuisse docet. Quum autem Epistolographus rescripta regis redigisse et ad Sacerdotum collegia, nomo-

rumque Strategos misisse videatur, ut ex Numenii Epistolographi epistola in Obelisco Bankesiano colligere possumus, fortasse haud temere statuamus, ipsum quoque rescriptum, quod in *Pap.* nostro servatur, a Philocrate, Epistolographo redactum et ab eodem, aut saltem eo curante scriptum esse. *Συγγενής* est maximus honoris titulus, quo summi magistratus a rege ornabantur. Cf. Letronne *Recueil*, pgg. 346 seq.

Vs. 18. *εἰςβιάζεσθαι — περισπᾶν — διασείειν — ἐπιβάλλειν τὰς χεῖρας*· Enumerantur querelarum causae, quarum duae priores domum, posteriores ipsum Petesidem spectant; *περισπᾶν detrahendi, auferendi, eripiendi* significatione hic adhibetur, *μετὰ βίας ἀφαιρεῖσθαι*, secundum Suidam, aut *περιποιεῖσθαι* secundum Hesychium. — *Ἐπιβάλλειν ἐπί τινα τὰς χεῖρας*, *admovere alicui manus violentas* significat.

Vs. 20. *προ]θεῖναι ἐν λευκώμα[τ]ι.* Petit ut Philocratis mandatum in albo, sive tabula alba scriptum domui affigatur; et Scriba regius ejus rei admoneatur; verbum *προςφωνεῖν* hic *compellandi*, *cum reprehensione admonendi* significationem habere videtur.

Vs. 21. *φιλανθρωπίας. Φιλανθρωπία* est *humanitas*, *indulgentia*, vidd. A. Peyron ad *Pap. Taur.* I. 7. vs. 17. pgg. 167, 168; Letronne *Recueil*, pg. 354. Pro *τυχών* in apographo libelli in *Pap.* I. vs. 22. legitur *ἐπιτυχών.*

PAPYRUS H.

Papyrus hic structurae multo rudioris quam qui precedit, ob multas lacunas, et superficiem valde detritam lectu est difficilis. Altus 0.32, latus 0.305; margines superne et ab initio versuum parvi tantum vacui relicti sunt. Continet:

1°. Epistolam Timonici ad Anubiei Epistatam,
2°. Regis rescriptum ad Apollodorum,
3°. Libellum Petesidis, et
4°. Libellum ejusdem Petesidis de eadem re.

Tres priores textus eadem manu, literarum formis planis et certis scripti *sunt*; quarti vero, alio atramento, et ab alio scriptore, posteriori ut videtur tempore additi, literae sunt intricatissimae et propter compendia tachygraphica obscurissimae, ita ut partem tantum explicare potuerimus, reliqua ut feliciorem interpretem nanciscantur, speremus. Videtur esse exemplar libelli de eadem causa, sed iterati, fortasse quoniam regis rescriptum ad priorem libellum effectu caruisset; quapropter quae antea jam acta essent, breviter hic commemoraverit Petesis; vs. 24° saltem loquitur de eo quod petierat, *ἀξιώσας προςτάξαι Φιλοκράτει — ἐνδοῦναι περὶ ἐμοῦ — ἐντολήν.* — Multo plura quoque hoc libello quam priori contineri, eandemque rem ampliori modo aut aliis additis

enarrari, satis apparet, vel si leviorem utriusque textus comparationem instituamus. — Totius papyri delineationem exhibemus Tab. III[a].

Τιμόνικος τ[ῷ] τ[ο]ῦ Ἀνουβι[είου ἐπιστά]τει[1]) χαί[ρειν].
Περὶ τῶν κατὰ [Πέτησιν] ἀρχ[ε]ντ[αφιαστὴ]ν, ἀντίγραφον ὑπόκει[τα]ι, ὅπως εἰδῆς[2])
Ἔρρωσο. ∟ ις', Φαωφὶ ε'.

Βασιλεὺς Πτολεμαῖος, ὁ ἐπικαλούμε[νο]ς Ἀλέξανδρος, καὶ βασίλισσα Βερενίκη, ἡ ἀδελφή,
Ἀπολλοδώρῳ χαίρειν καὶ ἔρρωσθαι. Τῆς δεδομένης ἡμῖν ἐντεύξεως παρὰ Πετήσιος,
περὶ ὧν προφέρεται, παρ' ἕκαστον σκύ[λ]λεσθαι ὑπ' ἐνίων, ἀντίγραφον συνεσφράγισ[τα]ι· Γινέσθω
[οὖ]ν ἕκα[σ]τα κάθως ἀξιοῖ. Ἔρρωσο.

Βασιλεῖ Πτολεμαίῳ, τῷ καὶ Ἀλεξάνδ[ρῳ, θεῷ φιλομήτο]ρι, καὶ βασιλίσσῃ Βερενίκῃ, τῇ ἀδελφῇ,
[θεᾷ φιλαδέλφῳ] χαί[ρειν]
Πέτησις Χενούφιος, ἀρχενταφιαστ[ὴ]ς τοῦ Ὀσοράπιος καὶ Ὀσορομνεύ[ιος, θεῶν] μεγίστων.
Χρειας πλείους καὶ ἀναγκαίας παρε[χόμ]ενος τοῖς προγεγραμμένοις θεοῖς, τὰς ὑπὲρ ἡμῶν[3])
μέγιστοι θεοὶ, νικηφόροι, εὐχὰς καὶ [θυ]σίας ἐπιτελῶ, διδόναι ἡμῖν[4]) ὑγίειαν, νίκην, κράτος,
[σθ]ένος, κυριείαν τῶν ὑπὸ τὸν οὐρα[νὸ]ν χώρων· σκυλλόμενος δὲ παρ' ἕκαστον και διασει-
[όμ]εν[ο]ς, ε[ἰ]κῇ [καὶ ὡς ἔτυχεν . . . . ἀ]ξιῶ δεόμ[ενος, ἐὰν ὑμῖ]ν δοκῇ, προς-
[τάξαι Φιλοκράτει τῷ συγγενεῖ καὶ ἐπιστολογράφῳ, ἐνδοῦναι περὶ ἐμοῦ καὶ τῆς οἰκίας]
[μου ἐντολ]ὴν περι[έχουσαν, μηθενὶ ἐξεῖναι εἰςβιάζεσθ]αι εἰς τ[. . . . ιδι . . . . .]
. . . . . κ[αὶ] αὐτὴν περισπᾶν κατὰ μηδένα τρόπον, μηδὲ

---

[1]) l. ἐπιστάτῃ. — [2]) l. εἰδῇς. — [3]) l. ὑμῶν. — [4]) l. ὑμῖν.

[διασείειν με, μηδὲ . . . . . . , ἐπ' αὐτῆς δὲ τῆς οἰκίας [μο]υ προθεῖναι ἐν
λευκώματι· ἵ[να]
τυχὼν τῆς παρ' ὑ[μῶ]ν [φιλανθρωπ]ίας ἐπιτελῶ [τὰς τῶν θεῶ]ν λειτουργίας.
Εὐ[τυχεῖτε].

[Β]ασιλεῖ Πτολεμαίῳ, τῷ καὶ Ἀλεξάνδρῳ, θεῷ φιλομήτορι, χαίρειν
Πέτησις Χενούφιος, ἀρχενταφιαστὴς Ὀσοράπιος καὶ Ὀσορομνεύιος, θεῶν
μεγίστων. Τῆς . . . . . χρείας οὔσης . . είστης[1])
ἀναγκαίας ἐν ἑαυτοῦ το . . ον τοῖς προγεγραμμένοις θε[οῖς] τὰς ὑπὲρ
. . . . εὐχὰς καὶ θυσίας . . . . .
. . . . . ἐπέδωκεν τεύξιν[2]) . . . . σκύλλεσθαι καὶ διασείεσθαι
εἰκῆ παρ' ἕκαστον, ἀξιώσας προστάξαι Φιλοκράτει,
τῷ συγγένει καὶ ἐπιστολογράφῳ, ἐνδοῦναι περὶ ἐμοῦ καὶ τῆς οἰκίας μου
ἐντολὴν περιέχουσαν, μηδενὶ ἐξεῖναι εἰςβιάζεσθαι εἰς αὐτὴν[3]),
μηδὲ . . . . ταύτης περισπᾶν μηδ[ὲ] . . . . μηδένα τρόπον [μ]ηδὲ
ἐπιβάλλειν μοι τὰς χεῖρας, προθεῖναι δὲ καὶ ἐπὶ τῆς
οἰκίας μου . . . .
. . . .
. . . .
. . . . προς τὸ[ν τοῦ]
Ἀνουβιείου ἐπιστάτην περὶ τοῦ . . . .
. . . . ος δὲ καὶ . . . .
. . . .
προσρ . . . . ἐφ' οἷς . . . εχοντο . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
προαιρούμενος τὴν . . . . ἐπὶ . . . γρα[φ]ὴν . . . τοῖς
. . . .
. . . . τοῖς . . . . . . θεῶν . . . . καὶ ἐπιστολογρα-
. . . .
. . . . τὴν οἰκίαν . . . . ἐμοῦ
. . . .
. . . .

---

[1]) Leg. fortasse πλείστης. — [2]) Cor. ἐπέδωκα ἔντευξιν. — [3]) Primum scriptum fuit τὴν οἰκίαν, quibus verbis rasis superscriptum ταύτην, deinde iterum correctum αὐτήν.

»Timonicus Anubiei Epistatae (?) salutem. Eorum quae (spectant) Petisidem Archentaphiasten antigraphum sequitur ut cognoscas."

»Vale. Anni XVI[i], Phaophi 5°."

»Rex Ptolemaeus, cognominatus Alexander et regina Berenice, soror, Apollodoro salutem et valetudinem. Traditi nobis libelli a Peteside eorum de quibus exponit, continuo vexari (se) a quibusdam, antigraphum una obsignatum est; fiant itaque singula veluti petit."

»Vale."

»Regi Ptolemaeo, qui et Alexander, deo Philometori et reginae Berenicae, sorori, deae Philadelphae, salutem," etc.

Vs. 1. *Τιμόνικος*. Timonicum, Apollodori scribam, aliumve magistratum minorem habuerim, qui rescriptum, regis nomine a nomi Stratego ad Apollodorum missum, cum Anubiei Epistata communicavit. Ex eo autem quod Anubidis templi diserte hic mentio fit, et Petesis Entaphiastae munere fungebatur, quod eundem deum praecipue spectabat, conjicere possumus, Petesidem ad Anubieum pertinuisse. Aequum igitur erat ut ejusdem templi primus sacerdos et Epistata de re certior fieret, non adeo ut regis mandatum ipse exsequeretur, sed ut ipse quoque cognosceret, quae de libello Petesidis rex statuisset. Addit propterea in fine epistolae Timonicus, *ὅπως εἰδῇς*, *ut scias*, *ut tibi cognitum sit*. Pro *ἐπιστάτῃ* Reuvensius, pg. 47, legerat et reddiderat, dubitans tamen, *ἀρχιερεῖ;* sed vestigia posterioris partis vocis *ἐπιστάτει*, vitiose pro *ἐπιστάτῃ* scriptae, satis certa supersunt; vs. 29° iterum legimus *τό[ν τοῦ] Ἀνυβιείου ἐπιστάτην*.

Vs. 5. *Ἀπολλοδώρῳ*. Quali munere hic functus fuerit non constat, quum in ipso rescripto nomina magistratuum non sint addita. Erat fortasse nomi Strategus, qui priori loco in rescripto a rege fuerat memoratus.

Vs. 6. *ἀντίγραφον συνεσφράγισται*. In aliis rescriptis scribitur *ἀντίγραφον ὑπόκειται*, vel *ὑποτετάχαμεν*, unde conjicio in Timonici epistola non tantum apographa rescripti et petitionis adscripta, verum etiam ipsum regis rescriptum quod Papyro G continetur, aliaque instrumenta eandem causam spectantia, a Timonico Strategi nomine una obsignata fuisse, et ad Anubiei Epistatam missa.

Vss. 9 et sqq. Ad ipsum libelli apographum cff. quae adnotavimus ad *Pap.*

praecedentem; illud tamen animadvertendum vs. 11° in fine, *ἡμῶν* vitiose pro *ὑμῶν*, et vs. sequenti *ἡμῖν* eodem errore pro *ὑμῖν* scriptum esse; in vs. 19°. ineunte literae *υ* vocis *ὑ[μῶ]ν* certa vestigia in Papyro superesse videntur.

PAPYRUS I.

Papyrus structurae est rudioris, et valde detritus, ita ut literarum formae in multis locis prorsus perierint. Fragmenta ejus tantum supersunt, quae inter se juncta altitudinem habent 0.26, latitudinem 0.24. Textus constat versibus 24, sed fieri potest ut in initio olim plures adfuerint. Continet rescriptum regium, ut videtur, et libelli Petesidis apographum, utrumque eadem manu literis satis expeditis, at crassioribus scriptum. Specimen vss. 10—15 exhibemus Tab. IV[a]. n. 1, et vs. 24 eadem Tab. n. 2.

. . . .
. . . .
. . . . τντ . . . . [χαίρειν. Τῆς δεδομένης ἡμῖν]
[ἐντε]ύξεως [ὑπὸ Πετήσιος, περὶ ὧν προφέρεται, παρ᾽ ἕκαστον]
[σκύ]λλεσθαι ὑ[π᾽ ἐνίων, ἀντίγραφον ὑπόκειται. Γινέσθω οὖν καθά]-
[περ] ἀξιοῖ. [Ἔρρωσθε.]

—

[Βασιλεῖ Πτολεμαίῳ], ...
[τῷ καὶ] Ἀλεξάνδρ[ῳ, θεῷ φιλομήτορι, καὶ βασιλίσσῃ Βερενίκῃ, τῇ ἀδελφῇ,]
[θεᾷ] φιλαδέ[λφῳ χαιρειν Πέτησις Χενούφιος, ἀρχενταφι-]
[αστὴς] τοῦ Ὀσοράπιος [καὶ Ὀσορ]μνεύ[ιος, θεῶν μεγίστων.]
[Χρε]ίας [πλείους καὶ ἀναγ]καίας π[αρεχόμενος τοῖς προγεγραμμένοις]
θε]οῖς, τὰς χεῖρ . . . . ρο . . . . ν . . . . . . [τὰς ὑπὲρ ὑμῶν, θεοὶ μέγιστοι]
καὶ νικηφόροι, [εὐχὰς καὶ θυσίας ἐπιτελῶ, διδόναι ὑμῖν ὑγίειαν,]
[ν]ίκην, κράτος, σ[θένος, κυριείαν τῶν ὑπὸ τὸν οὐ]ρανὸν [χώρων· σκυλλό-]
[με]νος δὲ καὶ δια[σειόμενος] παρ᾽ ἕκα[στον, εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν . . . .]
. . . αγων ἐ[πὶ τούτων . . . . . . τὴν [ἐφ᾽ ὑμᾶς καταφυγὴν πεποίημαι, καὶ]
[ἀξιῶ] δεόμενος, ἐὰν δο[κῇ], προσ[τάξαι Φιλοκράτει, τ]ῷ συγγεν[εῖ καὶ] ἐπιστολ[ο-]
[γρά]φῳ, ἐνδοῦναι περὶ ἐ[μ]οῦ καὶ τῆς οἰ[κίας μου ἐ]ντολ[ὴν] π[εριέ-χου]σαν, μ[η-]
[θ]ενὶ ἐξεῖναι εἰςβιάζεσθαι εἰς [αὐ]τ[ὴ]ν, [μηδὲ καὶ αὐτὴν περισ]πᾶν κα[τὰ]
[μη]δένα τρόπον, [μηδ]ὲ διασείειν με, μη[δὲ ἐπιβάλλειν] τὰς χεῖ[ρας ἐπ᾽ ἐμὲ, κ]αὶ επ᾽

αὐτῆς δὲ τῆς οἰκί[ας μοῦ πρ]οθεῖν[αι] εν λε[υκώματι, κ]αὶ τῷ β[α]σ[ιλικῷ γ]ραμματ[εῖ]
[πρ]οςφωνη[θῆναι,] ἵν' ἐπιτυχὼν [τῆς παρ' ὑμῶν φ]ιλαν[θρωπίας ἐπι]τελῶ τὰς
[τῶ]ν θεῶν λειτουργίας.

'Ευτυχεῖτε.

Ad textum nihil animadvertendum, nisi quod in vs. 22° pro ἵνα τυχών, scribitur ἵν' ἐπιτυχών.

PAPYRUS K.

Papyrus est crassior, structurae multo etiam rudioris quam qui praecedunt, et coloris fusci; superficies maximam partem asphalti vi ut videtur, adusta. Altus 0.33, latus 0,17. Literae sunt crassiores, sed quae integrae supersunt, lectu satis faciles. Textus constat jam 31 versibus, quorum novem priorum specimen exhibet Tab. IV. n. 3.

Epistolam continet de ejusdem Petesidis causa, ad quem praecedentes Papyri pertinent; quod conjici potest ex vs. 31°, ubi de domo violata agi videtur. Ab ipso vero Peteside scriptam non putaverim, nam in primo versu lacuna ante nomen Πετήσιος alio nomine supplenda est, ejus qui, fortasse Petesidis nomine hujus fratri epistolam inscripsit.

'Αν . . . . Πετήσιος τοῦ
[Χενούφιος . . . . ἀρχενταφ]ιαστοῦ τοῦ 'Οσοράπιος
. . . . ξ]ωνι τ[ῷ] ἀδελφῷ πολλὰ χαίρειν.
. . . . ἐν τῇ πόλει 'Αρρετιζ . .
αὐτοὺς . . . . νημα αὐτῶν
ἐπ . . . . εύειν τοῦ τετευ . .
χα . . . . τοῦ . . . . αγγελεα γεγονέν . .
εναλυ . . . . τος ἐχ[ά]ρην
πα[ρακα]λῶ δὲ κ[αὶ] αὐτὸς τοὺς θεοὺς, ὅπως δῶσιν
αὐτοῖς χ[άριν καὶ μο]ρφ[ή]ν πρὸς τὸν βασιλέα καὶ πρὸς
τὴν [βασιλισσαν . . . .] βασιλέως
πρ . . . . μων εἰςῆλθεν εἰς τὰ Πετε-
αρ[ενδώ]τοῦ . . . . . . θ[εο]υ[π]ώλον τῶν ἐπὶ τοῦ 'Ηφαιστι-
είου κατελυ . . . ν . ε[κ]ει . . ὄντ[ος] τοῦ Πετεαρ[εν]δώτου . . .
είτε . . . . ἀξίωμα ἀξι-
ῶσι . . . . ου . . . . ησαι τὴν τοῦ
Πετ[ή]σι . . . .

ἐμοῦ ἴδιον υμ . . . .
ποιήσει . . . . Σαραπ . . . .
. . . .
. . . .
καὶ . . . .
μενον . . . . ἀλλ' εν . . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . . τοῦ προςέχον . . . .
. . . .
. . . . ἐν . . . . . αὐτοῦ ∟ . . . . νο . . . . . .
. . . . ήσαντος . . . .
. . . . βας εἰς αὐτὴν [1]) . . . . τοῦ . . . .

Vs. 3. τ[ῷ] ἀδελ[φ]ῷ πολλὰ χαίρειν. Ἀδελφοῦ appellatione non tantum *fratres* sed *collegas* quoque indicari supra jam diximus; majorem autem necessitudinem prodere videtur illud πολλὰ χαίρειν, quum alias χαίρειν tantummodo usurpetur.

Vs. 4. τῇ πόλει Ἀῤῥετιζ . . . Quaenam urbs hic intelligatur nescio.

Vs. 9. πα[ρακα]λῶ δὲ — ὅπως δῶσιν κ.τ.λ. Παρακαλεῖν significat *implorare*, *orare*, *precari*. Simile votum vide in *Pap.* D vss. 11, 12. δοι (l. δοῖεν) σοι ὁ Σαράπις καὶ ἡ Ἶσις ἐπαφροδισίαν, χάριν, μορφὴν πρὸς τὸν βασιλέα καὶ τὴν βασίλισσαν. Quem locum si comparamus, non sine veri similitudine statuere possumus epistolam scriptam esse, postquam rex de Petesidis causa jam statuerat; quod quum effectu non caruisset, bona quaevis exoptantur *ipsis*, id est Stratego, Phrurarcho, et reliquis magistratibus qui in rescripto regio nominantur.

Vs. 12. Πετεαρ[ενδώ]του. Petearendotes alius, Τοπογραμματεύς, sive *Loci scriba*, memoratur in *Pap. Zoidis* I. vss. 36 et 39.

Vs. 13. τῶν ἐπὶ τοῦ Ηφαιστιείου. Templum hoc Hephaesti, sive dei Phtah, pertinebat ad magnam templorum insulam, quae in *Papp. Gemell.*, aliisque nomine τοῦ πρὸς vel ἐν Μέμφει μεγάλου Σαραπιείου designatur. Hephaestiei mentionem hic fieri putaverim, quoniam in ejus area Apidis templum Amasis exstruxerat, (cf. Letronne *Recueil* pg. 268), et Petesis ejusdem bovis sacri cultui praecipue addictus erat.

[1]) In Pap. primum scriptum fuit εἰς τὴν οἰκίαν μου, quibus deletis ante artic. τὴν additum αὐ.

PAPYRUS L.

DOCUMENTUM EMTI.

Papyri tantum fragmentum superest, latum 0.28, altum 0.20—0.21; structurae mediocris. Textus constat duabus columnis, quarum utraque exemplar ejusdem documenti continet, posteriori tamen phrasi aucto quae in priori non adest. Literarum formae majores, sed negligenter et festinanti calamo ductae sunt. Superior papyri pars quum desit, conjicere tantum possumus partem esse instrumenti, quo magistratus certi testantur, agrum quemdam emtum, aut justum venditionis pretii tributum esse solutum.

In *Papp. Zoidis*, quos Petrettini et A. Peyron ediderunt, agitur de agro 6¼ arurarum, qui, ut ex limitum enumeratione efficitur, in eodem loco situs fuit. Quum autem in iis quoque Dorionis Contrascribae nomen offendamus, haud sine ratione, si non ad eandem causam, attamen ad idem fere tempus Papyros *Vindobonenses* et *Lugdunum Batavum* nostrum referendos esse Reuvensius arbitratur, *Lettres*, III. pg. 62, igitur ad regnum sive Ptolemaei Philometoris, sive Evergetae IIᴵ, 181—117 A. C. Ceterum cf. Reuvensius l. c. pgg. 60—63, Art. IX. Fragmentum integrum delineatum exhibet Tab. IVª, n. 4.

Columna Iª.

. . . . πιείου . . . . .
Χενούφιος τοῦ Πετή[σιος]
ἀρούρας γ∠ ∟ φρ . . . μαγδ . . .
χέρσου ∠, π[αρ]αδείσου . ., [ὧν]
γείτονες· νότου Θαρδὸς, τῆς

Ἀσκληπιάδ[ο]υ, βοῤῥᾶ Ἀσπληπ[ί]ου
θεοῦ τέμενος, ἀνὰ μέσον οὔ[σ]ης ὁδοῦ,
λιβὸς ὄρ[ο]ς, ἀπειλιώτου [1] *λίμνη Φχήτ.*

Ἔγραψεν Ἀσ[κλ]η[πιά]δης ὁ προκεχειρισμ[έν]ος
πρὸς τῇ [γεωμε]τρίᾳ ὑπὸ Σαραπίωνος,
τοῦ συγγενοῦς καὶ στρατηγοῦ καὶ
ὑποδιοικητοῦ.

Columna 2a.

οὔση[ς] ὁδ[οῦ], λιβὸ[ς] . . . . .
ἀπειλιώτου [1] *λίμνη Φχήτ.*

Ἔγραψεν Ἀσκληπιάδης ὁ π[ρο]κε-
χειρισμένος πρὸ[ς] τῇ
γεωμετρίᾳ ὑπὸ Σαρ[α]πίωνος,
τοῦ συγγενοῦς καὶ στρατηγοῦ,
κ. [2] *δὲ παρὰ Δωρίωνος, τοῦ ἀντιγραφέως καὶ*
βασιλικοῦ τραπεζίτου.

Columna 1a.

». . . . . Chenuphidis (filii) Petesidis arurarum $3\frac{1}{2}$ . . . . Magd . . . . terrae incultae $\frac{1}{2}$, horti . ., quarum confines (sunt): a meridie Thardis (filiae) Asclepiadis (terra vel domus), a septemtrione Aesculapii dei templum, interjacente via, ab occidente mons, ab oriente palus Phchet."

»Scripsit Asclepiades designatus ad geometriam a Sarapione, Cognato et Stratego et Hypodioeceta."

Columna 2a.

»jacente via, ab occidente . . . . . ab oriente palus Phchet."

---

[1]) l. ἀπηλιώτου. — [2]) Fortasse pro καί, omisso ὑποδιοικητοῦ; sed vid. annot.

»Scripsit Asclepiades designatus ad geometriam a Sarapione, Cognato et Stratego, et . . . vero nomine Dorionis Contrascribae et regii Trapezitae.”

Columna ϑa.

Vs. 2. *Χενούφιος τοῦ Πετή[σιος].* Chenuphidem illum venditorem putaverim agelli, ita ut in vs. priori exciderit *παρά* aut simile quid. Fuit fortasse pater Petesidis ad quem *Papp.* nostri I. G. K. referuntur, et avus Conuphidis *Pap.* O. Omnes certe Memphide aut prope Memphidem habitasse videntur. Chenuphidem nostrum in eadem urbe degisse colligimus ex *Pap. Vindobon. Zoidis* I. vs. 12, ubi agellus venditus situs fuisse dicitur *ἐν Μέμφει ἐν τόπῳ Ἀσκληπιείῳ*, in Loco, Asclepieo dicto, fortasse a proximitate Asclepiei, quod ad Serapiei magni templorum insulam prope Memphidem pertinebat. In ejusdem autem Serapiei templo alio, Anubieo, Petesis *Papp.* G—K, Archentaphiastae et in Asclepieo Conuphis *Pap.* O, Taricheutae munere fungebantur.

Vs. 3. *ᾰ γ∠* id est *ἀρούρας τρεῖς καὶ ἥμισυ.* Prius compendium *ᾰ* pro *ἄρουρα*, sed minus accurate delineatum ut videtur (est enim litera *α* cum lineola curva superimposita) explicuit A. Peyron *Pap. di Zoidi* I. vs. 10, pg. 28. Alterum compendium *γ∠*, *τρεῖς καὶ ἥμισυ* legendum esse probatur apocha quae, in testa scripta, in Museo *Lugd. Bat.* (*Catal.* I. 453) servatur, et a Reuvensio l. c. pg. 56 edita est; in vs. 6° apochae ejus integris verbis scribitur *τρεῖς ἥμισυ*, addito *γ∠*. — Quae in eodem versu *Pap.* nostri 3° sequuntur compendia enucleare non potuimus.

Vs. 4. *χέρσου ∠, π[αρ]αδείσου . . .* Ager constitisse videtur terra inculta dimidii arurae, et horto trium ararum; qui posterior numerus lacuna in fine versus periit.

Vs. 5. *γείτονες· νότου κ.τ.λ.* Compendia comparatione *Pap. Taurin.* X et *Papp. Vindobb. Zoidis* facile intelligi et explicari possunt; postremum tantummodo in vss. 8 et 15, vocis *ἀπειλιώτου*, pro *ἀπηλιώτου*, haud ita perspicuum est: prior ductus *α* est, qualis in nomine Apollonii in Contr. *Pap. Lugd. Bat.* N. legitur, qui sequuntur duo *π* constituunt, cujus alteri cruri *ε* inhaeret.

Vs. 7. *Ἀσκληπ[ί]ου θεοῦ τέ.* *Τέμενος Ἀσκληπίου θεοῦ* est Aesculapii *templi area*, qua significatione *τέμενος* saepissime usurpatur. Est autem una aedium quae ad magnum Serapieum prope Memphidem pertinebant, et in *Papp.* Gemellarum et in *Pap.* O. *τοῦ Ἀσκληπιείου* nomine indicatur. — Verbis *ἀνὰ μέσον οὔσης ὁδοῦ*, *intermedia jacente via*, indicatur via qua ager venditus separatur a templo Aesculapii; in *Pap. Zoidis* I. vs. 11. limes septemtrionalis sola nominatur via, nihil de Asclepieo addito.

Vs. 8. *λίμνη Φχήτ.* In *Pap. Zoidis* ab oriente limes indicatur *διῶρυξ Φχήτ*, *canalis Phchet*, qui in ejusdem nominis paludem fortasse influxerit et

una cum palude Zoidis agrum ab oriente limitaverit. Ceterum ex comparatione limitum duorum agrorum apparet illum qui in *Papyro* nostro memoratur, aliquantulum plus quam dimidiam partem, eamque septemtrionalem, constituisse agri Zoidis; partem alteram, meridionalem, antea aut postea a Tharde aliqua, Asclepiadis filia, possessam fuisse. Limites enim septentrionales et occidentales iidem sunt; neque orientales multum differunt, a meridie vero Zoidis agri situs erat ager Heraclidis et fratrum.

Vs. 9. *ὁ προκεχειρισμένος πρὸς τῇ [γεωμε]τρίᾳ. Προχειρίζειν τινὰ πρός τι*, vel *πρός τινι* significat *eligere*, *designare aliquem ad aliquid peragendum;* qui ita designatus est, vocatur *ὁ χειριστὴς παρά τινος*, cff. *Papp. Britt.* VII. 2 et VIII. 7. — Videtur autem Asclepiades a Sarapione praepositus fuisse agris metiendis, de cujus muneris utilitate et necessitate in Aegypto cf. *Diod. Sic.* I. 81, quem citavit Reuvensius, pg. 61, nota *c*.

Vs. 10. *Σαραπίωνος τοῦ συγγενοῦς καὶ στρατηγοῦ καὶ ὑποδιοικητοῦ.* Ex hac Sarapionis titulorum enumeratione fragmentum nostrum papyris Gemellarum causam spectantibus aetate posterius, itaque post annum demum 161[m] scriptum esse conjicimus. In iis enim Sarapion Hypodioecetae munere tantum fungitur, honoris titulo *τῶν διαδόχων* ornatus, hic vero ad majus quoque Strategi munus, et maximum honoris titulum *τοῦ συγγενοῦς* provectus jam est; sive revera nomi Memphitici Strategus creatus fuerit, sive eo tantummodo titulo honoris causa ornatus. Nam eadem ratione complures Epistrategos memorari, omni plane Epistrategia expertes, docet A. Peyron, ad *Pap. Taur.* I. pg. 66.

Columna 2[a].

Vs. 7. Hic versus et sequens omittuntur in altero apographo; contra hoc loco Hypodioecetae titulus non est additus; adscribere eum tamen voluisse Asclepiadem colligo ex vs. 7[i] initio, ubi vestigia satis certa particulae *καί* supersunt postea deletae, ut alterum officium indicaret, ex quo Dorionis Contrascribae et Trapezitae nomine antigraphum se scripsisse testaretur. Dorion Contrascriba memoratur quoque in papyris Zoidis. Compendium in vs. 8° *τραπεζίτου* potius quam *πράκτορος* explicuerim, quum in *Papp. Britt.* quoque VII° et VIII° *Δωρίωνος τραπεζίτου* mentio fiat, et posteriores ductus literas *τ* et *ρ* comprehendere videantur; primum ductum *β*, et compendium esse vocis *βασιλικοῦ* conjecerim. Trapezitae tributa et reditus regios argenti (*τὰς φορολογίας καὶ προσόδους ἀργυρικάς*) redimebant, vid. A. Peyron, ad *Pap. Taur.* I. pgg. 138 et 147.

PAPYRUS M.

CONTRACTUS EMTI VENDITI HORUM INTER, HORI FILIUM, ET OSOROERIDEM, HORI FILIUM, CUM FRATRIBUS TRIBUS.



Pertinet contractus hic ad seriem eorum quibus Cholchytae quidam, in Memnoniis Diospolis magnae habitantes, jus sacra certa in funeribus obeundi, et quaestus ex mumiis ad sepulcra transferendis percipiendi vendiderunt; quos contractus omnes enumeravit Reuvensius, *Lettres* etc. *Tableau* pgg. 1 et 2. Anno 36° Evergetidis II[i], A. C. 135, Onnophris Cholchyta Horo fratri tale jus cesserat, cujus venditionis contractus servantur demotici in *Pap. Bibl. Paris.*, qui CASATII nomine innotuit, et in *Pap. Berolin.* 36; antigraphum ejusdem contractus Graecum in *Mus. Brit.*, nuperrime cum reliquis ejus Musei Papyris Graecis edidit Forshall. Post decem annos, anno 46° Evergetidis II[i], A. C. 125°, Horus duobus contractibus diversis Osoroëridi et Petemnesto filiis, singulis partem suorum jurium in mumias Memnoniorum iterum vendidit, *Papp. Berolinn.* 40 et 46, et aliam partem eidem Osoroëridi filio et sociis, anno 4° Cleopatrae et Soteris II[i], A. C. 114°, una cum quatuor fundis, quos in vicinia Diospolis magnae possidebat. Hujus venditionis contractus duo apographa hucusque innotuerunt, alterum a CASATIO emtum in *Bibl. Paris.* servatur; alterum, quod cum monumentis Anastasianis accessit *Mus. Lugd.-Bat.*, continetur *Pap.* M. — Utrum contractus demoticus in *Pap. Berol.* n. 40, anni Cleopatrae 14[i] et Alexandri I[i] anni 11[i], A. C. 104[i], similium jurium venditionem spectet, nobis haud constat; in eodem vero Osoroëridem, Hori filium, emtorem nominari docuit Kosegarten *Pr. Aegg. Lit.* pgg. 38, 42.

Apographum in *Pap. Lugd. Bat.* M. servatum constat duabus columnis, quarum prima versus 26 continet; in secunda 8 versibus extrema contractus pars scripta est; reliqui ejusdem columnae versus 6 complectuntur Trapezitae testimonium de emtionis pretii tributo rite soluto et tabulis Trapeziticis inscripto. Papyri superficies quum, praecipue in prima columna, admodum sit detrita, literarum ductus saepius satis distingui non possunt; ipsa scriptura negligentior aliquantulum est et ob scriptoris festinationem et multa, quibus scatet, verborum compendia lectu admodum difficilis, ita ut sine ope apographi *Papyri Casatiani*, quem auctore Reuvensio, anno 1829° Parisiis in Bibl. Regia ipsi descripseramus, contractus nostri textum, magnam certe partem, enucleare haud potuissemus. Reuvensius de eo egit *Lettres*, etc. III. Art. III. pgg. 25—31.

Apographum *Lugdunum-Batavum* in eo differt a *Casatiano Parisiensi*, quod in illo regum nomina et sacerdotum tituli omittuntur, omisso quoque mumiarum nominum catalogo, qui in *Parisiensi*, inde a versu 6° columnae 2ae per 47 columnas angustiores, singulas 10 fere versuum continuatur. Contra in *Parisiensi* deest fundi quarti accurata descriptio, quam in *Lugd. Bat.* inde a vs. 22i fine usque ad 26m legimus; unde recte statuisse videtur Reuvensius, l. c. p. 27, in *Parisiensi* quoque apographum tantum contractus contineri. Apographum nostrum, praecipue ob scribendi compendia, integrum delineandum curavimus in Tab. V. n. 1. Papyrus autem Memphide repertus, altus est 0.32, latus 0.34.

Columna 1a.

Πτολε . . . . .
[Ἔτ]ους[1]) *δ' Ἐπεὶφ θ', μετὰ τὰ κοινὰ τάδε λέγει ἐν Ἑρμώνθει,*
[τοῦ] Παθυρίτου, τῆς Θηβαΐδος, ἐφ' Ἑρμίου ἀγορανόμου·
Ἀπέδοτο Ὧρος Ὥρου, τῶν ἐκ τῶν Μεμνονείων χολχυτῶν,
ὡς ∟ ξ'[2]), *μέσος, μελίχρως, τετανὸς*[3]), *μακροπρόσωπος, εὐθύῤῥιν, ὦτα*
μεγάλα καὶ ἀφεστηκ[ό]τα, ἀσ[θενῶν] τοῖς ὄμμασιν, ἀπὸ τῆς
ὑ[παρχούσης αὐτῷ τ]ε καὶ τοῖς μετόχοις οἰκίας ᾠκοδομημένης καὶ τῶν
προσόντων ψιλῶν [τό]πων, τῆς οὔσης ἐν ἀπὸ νότου μέρει
Διοςπόλεως[4]) *τῆς μεγάλης, τὸ ἐπίβαλλον αὐτῷ μέρος ζ*[5]),
ἧς γείτονε[ς] τῆς ὅλης οἰκίας[6])· *νότου οἰκία Παΐτου,*
. . . . θύτου, βοῤῥᾶ οἰκία Ταχλέητος, ἀπηλιώτου ῥύμη βασ[ιλικ]ή,
λι[βὸς] διώρυξ· καὶ τὸν εἰς Τάγην οἶκον ᾠκοδομημένον
πήχεις γ' ιέ[7]), *οὗ γεί[τονες]· νότου οἰκία Ἁρπαήσιος, βοῤῥᾶ ψιλοὶ*[8]) *τόποι,*

---

1) In *Pap. Par.* praemittitur formula usitata contractuum vid. annot. — 2) In *Par.* ξθ' (aut ξέ?) — 3) In *Par.* additur *ἀναφάλαντος, calvus.* — 4) In *Par.* quoque compendio scribitur *Διõ.* — 5) In *Par.* *μέρος ἕβδομον.* — 6) In *Par.* *ὅλης τῆς οἰκίας.* — 7) In *Par.* *πήχεις τρίτον πεντεκαιδέκατον.* — 8) In *Par.* *οἱ ψιλοί.*

. . . . χων, ἀπηλιώτου [οἰ]κία Πεχύτου χολχύτου, λιβὸς
[ο]ἰκ[ία] [1] Ἄσωτος· καὶ ἐν Πμονεμούνει [2] οἰκίας [κα]θειρημένης
τὸ ἥμισυ, ἧς γείτονες τῆς ὅλης οἰκίας [3]· νότου, ῥύμη βασιλική,
β[οῤῥ]ᾶ οἰκία Π.ύβιος, ἀπηλιώτου οἰ[κία] Πετεα[ρο]ερέους τοῦ Μενέους,
λ[ιβὸς] οἰκία Ζμεαρίους τοῦ Ψεν . . . ., ἧς ἀνὰ μέσον διάφυσις,
ἢ οἳ ἂν ὦσιν γείτονες πάντοθεν [4]. Ἐπρίατο Ὀσορόηρις Ὥρου, ὡς ∟ μέ,
μέσος, μελίχρως, τετανός, μακροπρόσωπος, εὐθύῤῥιν, καὶ Νεχθμώνθης [5], καὶ
Πετόσιρις, ἕκαστος κατὰ [τὸ] δ', τὰ δ', Τάγης τὸ ἄλλο δ',
χω[ρ]ὶς τῶν εἰς αὐτὴν [οἰκίαν] πηχέων γ' ι' ε'· καὶ οἰκίας
ᾠκοδομημένης τὸ ἥμισυ, τῆς οὔσης ἐντὸς τοῦ ἐν τοῖς Μεμνονείοις φρουρίου,
ἧς γείτονες·
νότου ῥύμη βασιλική, βοῤῥᾶ οἰκία Πετοσίριος, παστοφόρου
Ἀφροδίτης, ἀπηλιώτου οἰκία Ποήσιος γναφεὺς [6], λιβὸς ῥύμη
βα[σι]λική, ἢ οἳ ἂν ὦσιν γείτονες [πά]ντοθεν, ἕκαστος τῶν αὐτῶν κατὰ τὸ δ',

Columna 2ª.

χαλκοῦ ταλάντων β'· καὶ τὴν προστασίαν τῶν
ἐπιβαλλόντων αὐτῷ σωμάτων,
τῶν μεταγομένων εἰς τοὺς τάφους,
καὶ τῶν τούτων λογειῶν καὶ κέρδων [7],
ὧν τὸ κατάνδρα διὰ τῆς συγγραφῆς δεδήλωται [8]·
Προπωλητὴς καὶ βεβαιωτὴς τῶν κατὰ τὴν
ὠνὴν Ὧρος ὁ ἀποδόμενος, ὃν ἐδέξατο [9]
Ὀσορόηρις καὶ οἱ ἀδελφοὶ οἱ πριάμενοι [10].

Ἔτους δ' Μεσορὴ κή, τέτακται ἐπὶ τὴν ἐν Ἑρμῶνθει τράπεζαν,
ἐφ' ἧς Ἀμμώνιος ι' ἐγκυκλίου, κατὰ διαγραφὴν τελώνου [11], ὑφ' ἣν
ὑπογράφει Ἀσκληπιάδης ὁ ἀντιγραφεύς, Ὀσορόηρις
Ὥρου καὶ οἱ ἀδελφοί, τέλος [12] τῶν ὑπαρχόντων
Ὥρῳ τῷ πατρί, χαλκοῦ ταλάντων β', τέλος ᾳσ'.

Ἀμμώνιος τραπεζίτης.

---

[1]) In *Par.* omittitur οἰκία. — [2]) In *Par.* Πμουνεμούνει ἀπ' οἰκίας. — [3]) In *Par.* ὅλης τῆς οἰκίας. — [4]) In *Par.* πάντες πάντοθεν. — [5]) Quae sequuntur usque ad vs. 27 omittuntur in *Par.* — [6]) Leg. γναφέως. — [7]) In *Par.* καρπειῶν. — [8]) In *Par.* ὧν τὸ κατάνδρα ὑπόκειται. — [9]) In *Par.* ἐδέξαντο. — [10]) In *Par.* additur index nominum mumiarum. — [11]) In *Par.* nomen publicani praemittitur, compendio scriptum. — [12]) In *Par.* additur ὠνῆς.

Columna 1ª.

»Ptolema....” »Anni IV[i], (mensis) Epiphi (die) 9°, post (formulas) usitatas haec fert (contractus) Hermonthide, (Nomi) Pathyritae, (Epistrategiae) Thebaidis, Hermia Agoranomo (scriptus): »Tradidit Horus (filius) Hori, unus ex Memnoniorum Cholchytis, circiter annos (natus) 60, media (statura), fuscus, levi cuti, longa facie, recto naso, auribus magnis et (a capite) distantibus, infirmus oculis, pertinentis ad ipsum et socios domus aedificatae et adjacentium incultorum locorum, sitae in australi parte Diospolis magnae, competentem ipsi portionem septimam, cujus confines totius domus: a meridie domus Paitae (filii) .... thytae, a septemtrione domus Tachleetis, ab ortu via regia, ab occasu fossa; et Tagetis domus aedificatae cubitus $3\frac{1}{15}$, cujus confines: a meridie domus Arpaësidis, a septentrione inculti loci ...., ab ortu domus Pechytae Cholchytae, ab occasu domus Asotis; et in Pmonemuni domus collapsae dimidium, cujus confines totius domus: a meridie via regia, a septemtrione domus .... bidis, ab ortu domus Petearoëridis (filii) Menidis, ab occasu domus Zmearidis, (filii) Psen ...., per quam mediam (est) transitus, aut quicumque sint confines undique. Emit Osoroëris (filius) Hori, circiter annos (natus) 45, media (statura), fuscus, levi cuti, longa facie, recto naso, et Nechthmonthes, et Petosiris, quisque secundum quartam (partem) quatuor (partes), Tages reliquam quartam (partem), praeter ejusdem domus cubitus $3\frac{1}{15}$; et domus aedificatae dimidium, sitae intus Memnoniorum praesidium, cujus confines: a meridie via regia, a septemtrione domus Petosiridis, pastophori Veneris, ab ortu domus Poësidis fullonis, ab occasu via regia, aut quicumque sint confines undique, quisque eorumdem secundum quartam (partem),””

Columna 2ª.

»»aeris talentis duobus; et curam competentium ipsi cadaverum quae transferuntur ad sepulcra et horum collectorum et lucrorum, quorum index in contractu indicatus est. Primus venditor et auctor emtionis Horus qui tradit, quem recepit Osoroëris et fratres, ementes.”’’

»Anni IV[i] (mense) Mesori 28°, inscriptum est in Mensa Hermonthide, cui Ammonius decimarum annuarum (redemtor praepositus est) secundum partitionem publicani, sub qua subscribit Asclepiades Contrascriba, Osoroëride, filio Hori et fratribus (emtoribus), tributum (emtionis) eorum quae sunt Hori patri, aeris talentorum duorum, tributum (drachmarum) 1200.”

»Ammonius Trapezita.”

Columna ϑ^2.

Vs. 1. *Πτολε* . . . . Hujus vocis explicationem frustra tentavimus, nomen fortasse continet scriptoris apographi.

Vs. 2. [*Ἔτ*]*ους δ' Ἐπεὶφ θ', μετὰ τὰ κοινὰ τάδε λέγει* etc. Annus IV[us] est Cleopatrae et Ptolemaei Soteris II[i]. De significatione dictionis *μετὰ τὰ κοινά*, quam eandem quoque offendimus in *Antigrapho Greyano, Pap. Brit.* I. vs. 3, egit Reuvensius l. c. pg. 27. Sunt *τὰ κοινά*, *ordinaria*, *usitata*, *formulae usitatae*, *phrases solemnes*; quales autem hae formulae in contractu nostro fuerint discimus ex *Pap. Casatiano Paris.*, qui haec habet: *Βασιλευόντων Κλεοπάτρας καὶ Πτολεμαίου, θεῶν φιλομητόρων, σωτήρων, ἔτους δ', ἐφ' ἱερέως βασιλέως Πτολεμαίου, θεοῦ φιλομήτορος, σωτῆρος, Ἀλεξάνδρου, καὶ θεῶν σωτήρων, καὶ θεῶν ἀδελφῶν, καὶ θεῶν εὐεργετῶν, καὶ θεῶν φιλοπατόρων, καὶ θεῶν ἐπιφανῶν, καὶ θεοῦ εὐπάτορος, καὶ θεοῦ φιλομήτορος, καὶ θεοῦ εὐεργέτου, καὶ θεῶν φιλομητόρων, σωτήρων, ἱερουπώλου* (?) *Ἴσιδος μεγάλης μητρὸς θεῶν, ἀθλοφόρου Βερενίκης Εὐεργέτιδος, κανηφόρου Ἀρσινόης φιλαδέλφου, ἱερέας Ἀρσινόης φιλοπάτορος, τῶν οὐσῶν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ· ἐν δὲ Πτολεμαΐδι τῆς Θηβαΐδος ἐφ ἱερέων καὶ ἱερειῶν, καὶ κανηφόρου τῶν ὄντων καὶ οὐσῶν, μηνὸς Ἐπιφὶ θ', ἐν Ἑρμώνθει, κ. τ. λ.* Syngraphae exordium hoc, paucis tantum omissis aut minus accurate lectis, primus edidit St. Martin, *Journal des Savants*, 1822. *Sept.* pgg. 556—558; repetivit Kosegarten, *Prisc. Aegg. Lit.* pg. 67. In *τάδε λέγει* intelligitur *ἡ συγγραφή*, *contractus haec docet*, *continet*. Verbum *λέγειν* saepe ita universe de quavis *declarandi*, *indicandi* ratione, etiamsi scribendo tantum, non viva voce fiat, usurpatur.

ἐν Ἑρμώνθει [*τοῦ*] *Παθυρίτου, τῆς Θηβαΐδος, ἐφ' Ἑρμίου ἀγορανόμου.* Quum nomi agoranomus in ipso capite nomi habitasse videatur, et non veri simile sit hunc magistratum ad contractus faciendos ad alias nomi urbes profectum fuisse, Reuvensius pg. 31 statuit, praeter universi nomi agoranomum, alios quoque diversis nomi partibus praefectos fuisse agoranomos, atque ea ratione Hermiam agoranomi munere functum in urbe Hermonthide. Sed videndum an praepositio *ἐπί* hic latiori significatione usurpetur, *Hermia agoranomo*, ita ut contractus scriptus fuerit Hermonthide coram magistratu, qui Hermiae, totius nomi agoranomi, vice in ea nomi parte eo tempore fungebatur. Minorem enim ejusmodi agoranomum alia ratione significari discimus ex *Pap.* N. vs. 5°: *ἐπ' Ἀπολλωνίου, τοῦ πρὸς τῇ ἀγορανομίᾳ τῶν Με*[*μνονείων*] *καὶ τῆς κάτω τοπαρχίας τοῦ Παθυρίτου;* unde conjiciat quis *Ἀγορανόμου* titulo solum universi nomi Agoranomum insignitum fuisse, reliquis singularum nomi partium agoranomis *τῶν πρὸς τῇ ἀγορανομίᾳ* nomine indicatis. Sed quidni

statuamus Hermiam eo saltem tempore Hermonthide habitasse, et propterea in eadem urbe contractum scriptum, quamvis venditor et emtores ipsi prope Diospolin habitarent, et fundi venditi omnes in hujus urbis vicinia siti essent? — Hermonthis posteriori aevo caput factum est nomi Hermonthitae, qui a Plinio et Ptolemaeo memoratur, unde haud sine ratione Reuvensius pg. 30 statuit aliam nomorum divisionem obtinuisse Ptolemaeorum, alium imperatorum Romanorum aetate. *Θηβαΐδος* appellatione epistrategia indicatur quae plures, ex antiqua Aegypti divisione decem nomos complectebatur. Cf. A. Peyron, ad *Papp. Taurr.* I. pg. 64, et IV. vs. 2. pg. 31.

Vs. 4. *τῶν ἐκ τῶν Μεμνονείων χολχυτῶν.* De Cholchytis supra annotavimus ad *Pap.* F. vs. 6. pg. 38. De Memnoniis cf. A. Peyron ad *Pap. Taur.* VII. vs. 3. pgg. 40—42.

Vs. 6. *ἀσ[θενῶν] τοῖς ὄμμασιν*, duarum priorum literarum vocis *ἀσθενῶν* vestigia in *Pap.* nostro supersunt, reliqua ex *Pap. Paris.* satis certe restitui potuerunt.

Vs. 9. *τὸ ἐπίβαλλον αὐτῷ μέρος ζ̂*, id est *μέρος ἕβδομον*, ut in *Pap. Par.* vs. 7, totidem verbis legitur. *Ἐπιβάλλειν τινί* saepe significat *competere alicui*, *pertinere ad aliquem*, et *τὸ ἐπίβαλλον μέρος* *partem legitimam;* cf. infra Col. 2[a], vs. 2. Est autem hic primus fundus venditus.

Vs. 12. *καὶ τὸν εἰς Τάγην οἶκον — πήχεις γ′ ι′ ε′.* Secundus fundus venditus. In *Pap. Paris.* vss. 7 et 8: *καὶ τὸν εἰς Τάγην οἶκον ᾠκοδομημένον πήχεις τρίτον πεντεκαιδέκατον.* Praepositionem *εἰς* hic genitivi periphrasin facere videtur, pro *καὶ τὸν Τάγητος οἶκον*, eodem modo atque infra vs. 22, *τῶν εἰς αὐτὴν [οἰκίαν] πηχέων.* Ceterum pro *τρίτον* legere malim *τρεῖς* et priorem vocem scriptoris festinationi adscribere.

Vs. 14. *ψιλοὶ τόποι .... χαων*, lacunam ex *Paris.* supplere non potuimus. *Πεχύτης* Cholchyta innotuit quoque ex *Papp. Taurinn.*

Vs. 15. *ἐν Πμονεμούνει οἰκίας καθειρημένης.* Est hic tertius fundus venditus. In *Paris.* vs. 9 scribitur *ἐν Πμουνεμούνει ἀπ᾽ οἰκίας καθειρημένης*, unde de compendio posterioris vocis dubium non relinquitur. In *Πμονεμούνει* sive *Πμουνεμούνει* nomen latere videtur loci cujusdam in vicinia Diospolis; compari possit Copticum ⲡⲙⲁⲛⲙⲟⲛⲓ vel ⲡⲙⲁⲛⲙⲟⲛⲓ PMANMONI, *Pascuum*, *navium statio*, *portus*, aut ⲡⲙⲟⲩⲛ̄ⲙⲟⲩⲛⲓ PMU-N-MUNI *aqua pascui*, *aqua portus.* Ex *Antigrapho Greyano*, *Pap. Brit.* I. vs. 8 aliud innotuit nomen Aegyptiacum loci alicujus in Memnoniis, *Θυναβούνουν* dicti; — *καθειρημένης* dicitur pro *καθηρημένης* a *καθαιρεῖν destruere*, cujus verbi forma passiva *collabendi*, *concidendi*, significatione ab Alexandrinis usurpata fuisse videtur; in *Pap. Taur.* I. pg. 2. vs. 1. legimus: *ἐπισκευάσαντες τὰ καθειρημένα μέρη*, ubi vereor ne A. Peyron, ann. pg. 91, minus recte *καθειρημένα* pro *κατεῤῥημένα* dictum et a verbo *καταῤῥέω* derivatum putaverit.

Vs. 17. *οἰκία Π.ὕβιος*, supplendum videtur *Παΰβιος* vel *Ποΰβιος* a nominativo *Πόϋβις;* in *Paris.* vs. 9 scribitur *Ποήβιος*.

Ibid. *Πετεα[ρο]ἐρέους τοῦ Μενέους*, in *Paris.* scribi videtur *Πετεαρορέους;* nomen compositum ex art. пєт-et nomine Haroëridis, ϩр-ωєр, PET-HAROËRI.

Vs. 18. *Ζμεαριέους τοῦ Ψεν .... ἧς κ. τ. λ.* In *Paris.* legi videtur *Ζμαυρέους*, patris nomen lacuna periit, neque ex *Paris.* restituere potuimus. — *ἧς ἀνὰ μέσον διάφυσις* legitur quoque in *Pap.* N. vs. 11; *διάφυσις* notat quamvis *separationem*, itaque *viam*, sive *angiportum*, *parietem intergerinum*, utraque significatio hic usu venire potest. Ceterum quum ob domus illius Zmearidis divisionem in duas partes de vero domino fortasse non certo constaret, addit *ἢ οἳ ἂν ὦσιν γείτονες πάντοθεν*, *aut quicumque sint confines ab omni parte;* eadem phrasis additur in *Pap.* N, l. c., ubi Reuvensius ob lacunam minus recte legit *ἧς οἳ ἂν ὦσιν κ. τ. λ.*

Vs. 19. *᾿Οσορόηρις Ὥρου*, Horum hunc, Osoroëridis patrem, eumdem esse atque alterum, fundorum venditorem, apparet ex vs. 39; qua ratione annum agens 15^m^ filium jam habuisset; nam supra vs. 5°, circiter annos 60 natus dicitur, quum filius 35 annum ageret. Meliorem itaque habuerim *Parisiensis* in vs. 5° lectionem: *ὡς* L *ξέ* aut L *ξθ'*, qua patri aetati 5 aut 9 anni addantur, et spatium vacuum in Pap. nostro post *ξ* impleatur.

Vs. 20. *Νεχθμώνθης καὶ Πετόσιρις — Τάγης.* Sunt hi socii aut collegae Osoroëridis, postea vs. 34 *οἱ ἀδελφοί fratres* ejus dicti, qui cum Osoroëride, singuli quartam totius emtionis partem in se susceperant. Post [*τὸ*] *δ'* sequuntur tres literae quarum posterior fere deleta est, *τὰ δ';* easdem Parisiensis quoque habere videtur, pro quibus St. Martin *καί* legit. Nisi vitium scribentis hic statuamus, intelligam *μέρη*, ita ut sit *ἕκαστος ἐπρίατο τὰ τέτταρα μέρη κατὰ τὸ τέταρτον*, *quisque emit quatuor partium*, id est *totius emtionis*, *quartam partem et Tages quartam partem superstitem*, *exceptis cubitis* $3\frac{1}{15}$ *qui ad ipsam Tagetis domum pertinent.* Pro *χωρίς* Reuvensius legerat *χωρίον*, unde factum ut quarto loco non fundum sed agrum venditum fuisse putaverit, *Lettres*, pg. 26.

Vs. 22. *καὶ οἰκίας ᾠκοδομημένης τὸ ἥμισυ, τῆς οὔσης ἐντὸς τοῦ ἐν τοῖς Μεμνονείοις φρουρίου.* Est hic quartus fundus venditus, cujus situm non nisi ex vs. 23^i^ saepius repetita lectione eruere potuimus; *τὸ ἐν Μεμνονείοις φρούριον* est *castellum* seu *praesidium Memnoniorum*, cui praeërat *φρούραρχος*, et intra cujus muros vel valla situs erat fundus ille quartus. Ex confinium ejus enumeratione vidimus castellum ipsum in anfractu viae regiae exstructum fuisse.

Vs. 24. *παστοφόρου ᾿Αφροδίτης*, *Pastophori* dicebantur qui in pompis sacris, sive *κωμασίαις*, sacella deorum portabant.

Vs. 27. *χαλκοῦ ταλάντων β'.* De compendio vocis *ταλάντων* cf. A. Peyron ad *Pap. Taur.* III. vs. 45. pg. 20.

Ibid. *τὴν προστασίαν*, videntur Cholchytae singuli certo mumiarum numero, aut potius sacris *λειτουργίαις*, apud earum sepulcra perficiendis, praefuisse (cf. A. Peyron, ad *Pap. Taur.* I, pg. 89) unde certum lucrum perciperent; jam vero jus suum isto munere fungendi, *προστασίαν*, Osoroëridi Horus vendidit.

Columna 2ª.

Vs. 4. *λογειῶν καὶ κέρδων*, dubito an non *καρπῶν* in *Pap.* nostro scribatur; in *Pap. Paris.* Col. 2ª vs. 4 legitur *λογειῶν καὶ καρπειῶν*. In *Antigr. Greyano*, *Pap. Brit.* I. eodem modo Onnophris cessit partem *λογείας τῶν νεκρῶν* (vs. 7), *λειτουργιῶν* (vss. 9 et 17), et *καρπειῶν* (vss. 17, 19, 21). Erant autem *λογείαι* legumina, vinum aliaque quae Cholchytae apud defunctorum cognatos colligebant (*λογεύειν*). Cf. A. Peyron ad *Pap. Taur.* VIII. vs. 24. pg. 57.

Vs. 5. *τὸ κατάνδρα*. Vox in lexicis non obvia, primum a Schowio ad *Pap. Mus. Borg.* explicata, proprie *συλλογή* sive *καταρίθμησις ἡ κατ' ἄνδρα*, i. e. *enumeratio viritim facta*, *series hominum*, inde *catalogus*, *index*, *expositio*. Vidd. Petrettini, *Papp. Greco Egizi* etc. pg. 55, et A. Peyron *Papp. di Zoide*, pg. 30. Pro *διὰ τῆς συγγραφῆς δεδήλωται*, in *Paris.* legitur *ὧν τὸ κατάνδρα ὑπόκειται*, ipso indice denique ad calcem contractus addito.

Vs. 6. *προπωλητὴς καὶ βεβαιωτὴς τῶν κατὰ τὴν ὠνήν*, videtur haec esse solemnis hujusmodi contractuum forma; sic in contractu *Pap.* N, Col. 2ª, vs. 12: *Προπωληταὶ καὶ βεβαιωταὶ τῶν κατὰ τὴν ὠνήν* — *ὃν* (l. *οὓς*) *ἐδέξατο* — *ὁ πριάμενος*. — Ceterum *Paris.* vs. 5 habet *ὃν ἐδέξαντο Ὀσορόηρις καὶ οἱ ἀδελφοί*, *Lugd. Bat.* Col. 2ª, vs. 7 *ὃν ἐδέξατο*, quod animadvertendum, quoniam Reuvensius l. c. pg. 13. *ἐδέξαντο* legerat.

Vs. 9. *Ἔτους δ' Μεσορεὶ κη*, itaque emtionis tributum solutum demum fuit, saltem in Trapezitae album relatum, circa finem mensis sequentis postquam contractus scriptus erat.

Ibid. *τέτακται*, *inscriptum est*, *in album relatum est tributum;* cf. A. Peyron *Papp. di Zoide*, pg. 40. Ceterum de hujusmodi subscriptionibus seu apochis Trapezitarum cf. idem ad *Pap. Taur.* I. pgg. 138 et 144 sqq.

Vs. 10. *ἐφ' ἧς Ἀμμώνιος ῑ* (i. e. *δεκάτης*) *ἐγκυκλίου*, intelligitur *redemtor*. Emtionis pretii decima pars tributi nomine Trapezitae solvenda erat, duorum itaque talentorum sive drachmarum 12000, drachmae 1200, cf. vs. 13. Tributum illud pro diversis temporibus diversum fuisse, patet ex *Antigrapho Greyano*, ubi legimus in simili testimonio Trapezitae: *ἐφ' ἧς Λυσίμαχος κ̄* (id est *εἰκοστῆς*) *ἐγκυκλίου;* emtionis pretii trium talentorum itaque tributum solutum fuit 900 drachmarum, sive vigesima totius pretii pars. Vid. *Pap. Brit.* I. vs. 43. et

annot. ad vs. 44 ejnsdem Papyri. De voce *ἐγκύκλιος* vid. A. Peyron, l. c. pg. 138.

κατὰ διαγραφὴν τελώνου. Nomen publicani omittitur, in subscriptione Trapezitae in *Pap. Paris.*, adscriptum, sed compendio quod explicare non potui; *διαγραφή* est *partitio* seu *distributio tributi* in singulorum civium capita; vid. Peyron l. c. pgg. 145 sq. Eam autem partitionem sua subscriptione muniebat *ὁ ἀντιγραφεύς.*

Vs. 11. *Ὀσορόηρις — καὶ οἱ ἀδελφοί*, dicendum fuisset *ὠνῆς Ὀσοροήριος Ὥρου καὶ τῶν ἀδελφῶν.* Totius enim sententiae ordo hic est: *τέλος ὠνῆς Ὀσοροήριος τῶν ὑπαρχόντων τῷ πατρὶ, τέτακται ἐπὶ τὴν ἐν Ἑρμώνθει τράπεζαν.*

PAPYRUS N.

CONTRACTUS EMTI VENDITI, PIMONTHEN, CETT. PETEPSAITIS LIBEROS INTER ET NECHYTEN, ASOTIS FILIUM.



Papyrus hic, Thebis repertus, secundum apographum, anno 1820 a viro illustrissimo von Minutoli ex Aegypto ad Academiam Reg. Scientiarum Borussicam transmissum, primum publici juris factus est studio Boeckhii, in dissertatione, anno 1822 Academiae illius commentariis, *Abhandll. der hist.-philol. klasse der Kön.-Preuss. Akad. d. Wissenschh. a. d. Jahren* 1820—1821, inserta; Youngius deinde, collatis *Papyris Greyano* et *Casatiano*, correctiones quasdam et explicationes edidit, *Account*, cett. pgg. 65, 147 seqq. Totum textum, addita delineatione, anno 1822, repetivit Jomard, *Éclairciss. sur un contrat de vente Égypt.* Par. 4°; et testimonium Trapezitae Buttmannus anno 1824 in dissertatione *Commentariis Acad. Reg. Boruss. Scientt.* ejusdem anni inserta, cui titulus *Erklär. der griech. Beischr. auf einem aegypt. Pap.* etc. pg. 114. Reuvensius denique textum secundum ipsum archetypum correctum edidit et explicavit in *Lettres*, etc. III. Art. I. pgg. 1—16. Quum autem initium papyri, cui sigillum argillaceum, capite barbato munitum, affixum erat, nondum obvolvisset, quaeque eo continerentur nondum essent cognita, quo tempore opus suum conscribebat Reuvensius, pauca praeterea ex iterata archetypi comparatione, etiamnum corrigenda restarent, integrum Papyri textum hic quoque repetendum duximus, additis scripturae speciminibus.

Continet Papyrus contractum quo agri inculti portionem, in viciniis Thebarum sitam, Pimonthes et Snachomneus frater, una cum Semmuthi et Tathaute sororibus, Petepsaitis liberi, vendunt Nechytae, Asotis filio. Ab emtoris nomine *Contractus Nechytae* apud multos audit; minus recte ob Ptolemaidis mentionem vs. 4°, *Contractum Ptolemaidis* a nonnullis vocatum fuisse A. Peyron, Buttmannus et Reuvensius annotarunt. — Constat versibus 13 longioribus literarum formis tachygraphicis scriptis, manu ut videtur Apollonii ipsius qui vs. 5°

memoratur. Alia manu, Dionysii ut videtur, 9 versibus additum est testimonium de emtionis tributo rite soluto. Complicato denique papyro, et sigillo obsignato, in plagula superiori, tertia manu, Nechytae fortasse, scriptus fuit titulus, 10 versibus brevioribus, quo de instrumenti argumento constaret.

Papyri structura satis bona est, longitudo 0.64, altitudo 0.152; margines vacui relicti circumquaque et intra diversas textus columnas latiores, ita ut ipsum contractus archetypum, non tantum apographum ejus, continere videatur. Plagulae superioris tantum particula deest, unde factum ut nullus margo ante titulum supersit. — Ipsius contractus scripturae specimen exhibet Tab. V, n. 2, testimonium Trapezitae, titulum instrumenti et sigillum integra delineanda curavimus ibid. nn. 4, 5 et 6.

Columna 1a.

∟ ι[β′ τοῦ κα]ὶ θ′
[Τ]υβὶ κθ′,
ἀπέδ[οτ]ο
Πι[μών]θης
καὶ [οἱ] ἀδελφοὶ,
[ψι]λοῦ [τό]που
πήχεις [α′ δ′]·
ἐω[νήσατ]ο
[Νεχο]ύ[τ]ης
[μικρός], χαλκοῦ ταλάντου α′.

Columna 2a.

Βασιλευόντων Κλεοπάτρας κ[αὶ] Πτολεμαίου, τοῦ ἐπικαλουμένου Ἀλεξάνδρου, θεῶν Φιλομητόρων, Σωτήρων ἔτους ιβ′ τοῦ καὶ θ′, ἐφ᾽ ἱερέως τοῦ ὄντος
ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀλεξάνδρου καὶ θεῶν Σωτήρων, καὶ θεῶν Ἀδελφῶν, καὶ θεῶν Εὐεργετῶν, καὶ [θ]εῶν Φιλοπατόρων, καὶ θεῶν Ἐπιφανῶν, καὶ θεοῦ
Φιλομήτορος, καὶ θεοῦ Εὐπάτ[ορος] καὶ θεῶν Εὐεργετῶν· ἀθλοφόρου Βερενίκης Εὐεργέδιτος [1]), κανηφόρου Ἀρσινόης Φιλαδέλφος [2]) καὶ θεᾶς Ἀρσινόης
Εὐπατόρου [3]) τῶν ὄντων ἐν Ἀ[λε]ξανδρείᾳ· ἐν δὲ Πτολεμαΐδι τῆς Θηβαΐδος ἐφ᾽ ἱερέων Πτολεμαίου τοῦ μὲν Σωτῆρος τῶν ὄντων καὶ ουσῶν

---

[1]) l. εὐεργέτιδος. — [2]) l. φιλαδέλφου. — [3]) l. εὐπάτορος.

ἐν Πτολεμαΐδι, μηνὸς Τυβὶ κθ', ἐπ' Ἀπο[λλ]ωνίου τοῦ πρὸς τῇ ἀγορανομίᾳ των Μεμνονέων, καὶ τὴς κά[τ]ω τ[ο]παρχίας τοῦ Παθυρίτου·
Ἀπέδοτο Πιμώνθης, ὡς ∟ λέ, μέσος, μ[ελ]άνχρως [1]), κλαστὸς, ἀναφάλακρος, στρογγυλοπρόςωπος, εὐθύριν, καὶ Σναχομνεὺς, ὡς ∟ κ', μέσος, μελίχρως,
κλαστὸς, στρογγυλοπρόςωπος, εὐθύρ[ι]ν, καὶ Σέμμουθις Περσίνη [2]), ὡς ∟ κβ', μέση [3]), μελίχρως, στρογγυλοπρόςωπος, ἔνσιμος ἡσυχῇ, καὶ Τάθαυτ,
Περσίνη [2]), ὡς ∟ λ', μέση [3]), μελίχρως, στρο[γγ]υλοπρόςωπος, εὐθύριν, μετὰ κυρίου τοῦ ἑαυτῶν [4]) Πιμώνθου, τοῦ συναποδομένου, οἱ τέσσαρες
τῶν Πετεψαΐτος, τῶν ἐκ [τ]ῶν Μ[ε]μνονέων σκυτέων, ἀπὸ τοῦ ὑπάρχοντος αὐτοῖς ἐν τῷ ἀπὸ νότῳ [5]) μέρει Μεμνονέων Πάκεις
ψιλοῦ τόπου πήχεις ἓν τέ[τ]αρτον, ἧς γείτονες· νότου ῥύμη βασιλικὴ, βοῤῥᾶ καὶ ἀπηλιωτ[ο]ῦ Παμώνθου καὶ Βοκονσήμιος, ἀδελφὸς [6])
ἧς κοινὸς τοῖχος, λιβὸς οἰκία Τάγητος τοῦ Χμομπρέους, ἧς ἀ[ν]ὰ μέσον διάφυσις, ἢ οἳ ἂν ὦ[σ]ιν γείτονες πάντοθεν. Ἐπρίατο Νεχούτης,
μικρὸς, Ἄσωτος, ὡς ∟ μ', μέσος, μελίχρως, τετανὸς, μακροπρόςωπος, εὐθύριν, ο[ὐ]λὴ μετώπῳ μέσῳ, χαλκοῦ νομίσματος ταλάντου α'. Προπωληταὶ καὶ
βεβαιωταὶ τῶν κατὰ τὴν ὠνὴν ταύτ[ην] οἱ ἀποδόμενοι, ὃν ἐδέξατο Νεχούτης ὁ πριάμενος.

Ἀπολλώνιος κεχρημάτικα.

Columna 3ª.

Ἔτους ιβ' τοῦ καὶ θ', Φαρμουθὶ κ' [Τ]έτακται ἐπὶ τὴν ἐν Ἑρμώνθει
τράπεζαν, ἐφ' ἧς Διονύσιος ἰ ἐνκυκλίου [7]), κατὰ διαγραφὴν Ψενχώνσιος τελώνου, ὑφ' ἧς
ὑπογράφει Ἡρακλείδης ὁ ἀντιγραφεὺς, τέλος ὠνῆς·
Νεχούτης μικρὸς, Ἄσωτος, ψιλὸν τόπον
πήχεις ἓν τέταρτον, ἐν τῷ ἀπὸ νότου μέρει
Μεμνονέων, ὃν ἐωνήσατο παρὰ
Πιμώνθης τοῦ [8]) καὶ Σναχομνέως,
τῶν Πετεψαΐτος καὶ ταῖς ἀδελφαῖς [9])
χαλκοῦ ταλάντου α'· τέλος χ.

Διονύσιος τραπεζίτης.

---

[1]) l. *μελάγχρως*. — [2]) hic et vs. 8 l. *Περσίνη*. — [3]) l. *μέση*. — [4]) *αὐτῶν*. — [5]) l. *νότου*. — [6]) l. *ἀδελφοῦ*. — [7]) In *Pap.* *ἐγκυκλίου*. — [8]) l. *Πιμώνθου*. — [9]) l. *τῶν ἀδελφῶν*.

Columna 1^{a}.

»Anni XII^{i} qui et IX^{s}, (mensis) Tybi (die) 29°, tradidit Pimonthes et fratres inculti loci cubitos $1\frac{1}{4}$, emit Nechutes minor, aeris talento uno.”

Columna 2^{a}.

»Regnantibus Cleopatra et Ptolemaeo, cognominato Alexandro, diis Philometoribus, Soteribus, anni XII^{i} qui et IX^{s}, Sacerdote Alexandriae Alexandri et deorum Soterum, et deorum Adelphorum, et deorum Evergetarum, et deorum Philopatorum et deorum Epiphanum et dei Philometoris et dei Eupatoris et deorum Evergetarum, athlophora Berenices Evergetidis, canephora Arsinoës Philadelphae et deae Arsinoës Eupatoris, sedem habentibus Alexandriae, Ptolemaide vero Thebaidis sacerdotibus Ptolemaei Soteris sedem habentibus Ptolemaide, mensis Tybi (die) 29°, coram Apollonio officium obeunte in agoranomia Memnoniorum et inferioris toparchiae Pathyritae; tradidit Pimonthes, circiter annos (natus) 35, media (statura), niger, fractus, calvus, rotunda facie, recto naso, et Snachomneus, circiter annos (natus) 20, media statura, fuscus, fractus, rotunda facie, recto naso, et Semmuthis, Persina, annos (nata) circiter 22, media statura, fusca, rotunda facie, leviter subsima, et Tathaut, Persina, annos (nata) circiter 30, media statura, fusca, rotunda facie, recto naso, cum tutore ipsarum Pimonthe, una cum iis vendente, quatuor liberi Petepsaitis, ex Memnoniorum coriariis, competentis ipsis in meridionali parte Memnoniorum Pacis inculti loci cubitum unum cum quarta parte, cujus confines: a meridie via regia, a septemtrione et ab ortu Pamonthae et Boconsemis fratris (domus) cujus communis murus est, ab occasu domus Tagetis et Chmompris, per quam mediam est transitus, aut quicumque sint confines undique. Emit Nechytes, minor, Asotis (filius), annos (natus) circiter 40, media statura, fuscus, levi cuti, longa facie, recto naso, cicatrice in fronte medio, aeris numismatis talento uno. Primi venditores et auctores emtionis hujus qui tradiderunt, quos recepit Nechytes emtor.”

»(Ego) Apollonius officii munus peregi.”

Columna 3^{a}.

»Anni XII^{i}, qui et IX^{s}, (mensis) Pharmuthi (die) 20°, inscriptum est Hermonthide in tabula, cui Dionysius, decimarum annuarum (redemtor, praepositus est), secundum partitionem Psenchonsis publicani, sub qua subscribit Heraclides Contrascriba, tributum emtionis. Nechytes minor, Asotis (filius) incultum locum (emit) cubiti unius et quartae partis, in meridionali parte Memnoniorum; quem emit a Pimonthe et Snachomneo (filiis) Petepsaitis, et sororibus, aeris talento uno; tributum (drachmarum) 600. Dionysius Trapezita.”

Columna 1ª.

∟ ι[β′ τοῦ κ[α]ὶ θ′. Titulum valde detritum ex literarum vestigiis et ipsius contractus textu satis certo restituere potuimus, in vs. 3° pro *ἀπέδοτο* scribendum fuisset *ἀπέδοντο*, sed praeterquam quod et ipse Apollonius saepius contra grammaticorum leges peccavit, Pimonthes, natu major, sororum duarum hac in re tutor, primo loco inter venditores memoratur; eadem ratione vs. 5° [*οἱ*] *ἀδελφοί* tantum memorantur, ubi non frater tantum sed sorores quoque intelliguntur.

Columna 2ª.

Vs. 1. *βασιλευόντων Κλεοπάτρας* — *ἔτους ιβ′ τοῦ καὶ θ′*, Annus XII[s] Cleopatrae, qui simul IX[s] erat Ptolemaei Alexandri, convenit cum anno 103° ante C. — Prioribus quinque versibus continentur formulae solemnes quae unicuique contractui praemittendae erant, quaeque in apographis *τῶν κοινῶν* nomine indicantur, ut in Pap. Praec. vidimus. Post regis et reginae nomen sequitur mentio sacerdotis regum defunctorum inde ab Alexandro Magno, et sacerdotiorum reginarum defunctarum, quorum cultus in urbe Alexandria constitutus erat; denique sacerdotum qui Ptolemaei Soteris I[i], Lagidarum principis cultui particulari, Ptolemaide addicti erant. — Quum enim Sacerdotia illa eponyma essent, eorum indicatio requiri videbatur ut de tempore quo contractus factus esset, nullum dubium exstaret. In contractibus Demoticis ipsa nomina sacerdotum illorum omnium addebantur, quod et in Inscriptione Rosettana obtinuisse videmus, in antigraphis Graecis, quae uniuscujusque exemplaris Aegyptiaci facienda erant, plerumque ut et hic obtinuit, nomina illa omittuntur, et scribitur tantum: *ἐφ' ἱερέως τοῦ ὄντος, ἐφ' ἱερέων καὶ ἱερειῶν τῶν ὄντων καὶ οὐσῶν*. Cf. Letronne, *Recueil*, pgg. 257, 258.

Vs. 3. *καὶ θεοῦ Φιλομήτορος, καὶ θεοῦ Εὐπάτ*[*ορος*] in *Pap. Casatiano* inverso ordine legitur *καὶ θεοῦ Εὐπάτορος καὶ θεοῦ Φιλομήτορος*. Utrumque nomen spectat Ptolemaeum Philometorem I[m], alterum, Eupatoris, patre mortuo in hujus honorem, alterum, Philometoris, quum ad regnum pervenisset, adsumsisse videtur. Scribae tantum incuriae tribuendum quod in contractu nostro prius nomen posteriori loco ponitur; in epistola Regia ad sacerdotes Philarum insulae legitimus ordo rite observatur. Accipiendum itaque ac si scriptum esset *καὶ θεοῦ Εὐπάτορος, τοῦ καὶ θεοῦ Φιλομήτορος*. Cf. Letronne *Recueil* pgg. 366, sqq.

Ibid. *ἀθλοφόρου Βερενίκης Εὐεργέτιδος, κανηφόρου Ἀρσινόης Φιλαδέλφου καὶ θεᾶς Ἀρσινόης Εὐπάτορος*. In simili sacerdotiorum enumeratione in *Inscr. Rosett.* vs. 5, et *Pap. Casat.* pro *καὶ θεᾶς Ἀρσινόης Εὐπάτορος*, legitur

ἱερείας vel *ἱερέας* *Ἀρσινόης Φιλοπάτορος;* eadem vero regina, Arsinoë, Ptolemaei Philometoris I[i] uxor indicatur, quae a duplici mariti cognomine, duplex ipsa quoque cognomen mutuasse videtur, cf. Letronne, *Recueil,* pg. 366; pro *καὶ θεᾶς* fortasse cum Saint-Martin, *Journ. des Savv.* 1822. pg. 559, legendum *ἱερείας*, et vitium scribae quoque incuriae adtribuendum; aut statuendum *ἱερείαν* Arsinoës Philopatoris ejusdem naturae atque Canephoriam Arsinoës Philadelphae, eoque anno eandem sacerdotem utriusque reginae cultui addictam fuisse. Ceterum in Sacerdotiorum horum enumeratione ordo chronologicus non observatur, quum primo loco Canephoria Arsinoës Philadelphae, deinde Athlophoria Berenices Evergetidis, ultimo denique loco sacerdotium Arsinoës Philopatoris vel Eupatoris nominanda fuissent. Berenices vero Evergetidis mentionem reliquis praemissam fuisse docet Letronne, *Recueil* pg. 261, jubente Epiphane nepote. — Cujusnam naturae munera illa sacra fuerint non constat, cf. idem pg. 258.

Vs. 4. *τῶν ὄντων ἐν Ἀλεξανδρείᾳ.* Corrigendum videtur *τῶν οὐσῶν*, veluti legitur in *Pap. Casat.* sacerdotiis enim illis mulieres fungebantur.

Ibid. *ἐφ᾽ ἱερέων Πτολεμαίου τοῦ μὲν Σωτῆρος*, omissum videtur, quod in *Pap. Casat.* additum legimus, *καὶ ἱερειῶν*, *καὶ κανηφόρου.* Alterum *ἐν Πτολεμαΐδι* in vs. 5[i] principio abundat, neque adest in *Pap. Casat.*

Vs. 5. *ἐπ᾽ Ἀπο[λλ]ωνίου τοῦ πρὸς τῇ ἀγορανομίᾳ τῶν Μεμνονέων καὶ τῆς κά[τ]ω τ[ο]παρχίας τοῦ Παθυρίτου.* Videtur Apollonius hic agoranomi munere functus fuisse in ea nomi Pathyritae parte qua Memnonia et inferior toparchia continebantur. Reuvensius ex hoc loco colligit singulas toparchias suos habuisse agoranomos, cff. Lettres, III. pgg. 5 et 31, quod fortasse ita accipiendum, ut statuamus uniuscujusque nomi agoranomum in singulis nomi toparchiis magistratus habuisse sibi suffectos, qui vices ipsius gererent, hos vero dictos fuisse *τοὺς πρὸς τῇ ἀγορανομίᾳ*, Neerlandice dixeris *Aangesteld bij het bureau van de Agoranomie*; cf. supra ad *Pap.* M. Col. 1, vs. 2. pg. 62. Eadem ratione *τὸν πρὸς τῷ γραφίῳ* non acceperim *praefectum Graphio* sed *scribam* vel *amanuensem* potius *in Graphio officium obeuntem.* Priorem interpretationem proposuit A. Peyron, *Pap. Taur.* I. pgg. 148—153.

Vs. 6. *Πιμώνθης*, ita nomen venditoris constanter scribitur; differt ab altero, *Παμώνθου*, in vs. 10, illud significat *ὁ Μώνθης*, vel *ὁ Μόνθ*, compositum ex nomine dei MONTH et articulo ΠΙ; alterum *Παμώνθης*, est *ὁ τοῦ Μώνθου*, *qui deo* MONTH *devotus* est. — Pro *ὡς* ∟ *λέ* Reuvensius legerat *ὡς* ∟ *μέ*, sed sequentis vocis prioris syllabae comparatio prohibet quominus hic *μ* pro *λ* admittamus.

κλαστός Reuvensius pg. 6 vertit *auribus fractis*, et accipit de auribus Pancratiastarum dedita opera fractis. Sed vide num de cutis superficie rudiori aut asperiori vel potius de rugis sit intelligendum, ita ut opponatur voci *τετανός*;

certe vs. 12 ut et in *Pap.* praeced. vss. 5 et 20, inter coloris indicationem et faciei, inseritur vox *τετανός* quae *cutem* spectat.

μ[ελ]άγχρως — Σναχομνεὺς — μελίχρως, quum Pimonthes niger, Snachomneus vero et duae sorores fusci dicantur, Petepsaitem non omnes ex eadem matre procreasse putaverim, sed tres posteriores liberos matrem fuscam habuisse.

Vs. 7, 8. *Περσίνη*. Cognomen potius aut gentile habuerim, quam opificii alicujus appellationem, nam vs. 9 omnes dicuntur coriarii. Reuvensius, pg. 10, comparavit ex *Pap.* O. vs. 10, *Πέρσης τῆς ἐπιγονῆς*, et intelligit de matris duarum harum filiarum origine Persica; qua ratione nomen *Περσίνη* (nam quod in *Pap.* legitur *Περσίνη*, eodem modo atque *μέση* vs. 7°, vitio scribentis est tribuendum) formatum sit a gentile feminino *Πέρσις*, et significaverit idem ac si scriptum esset *Πέρσις τῆς ἐπιγονῆς*. Ceterum nomina *Σέμμουθις* et *Τάθαυτ* sunt Aegyptia, et significant, alterum ⲤⲈⲚⲘⲞⲨⲐ, *filiam* deae *Mouth*; alterum ⲦⲀ-ⲐⲀⲨⲐ, *quae est devota* deo *Thouth*.

ἔνσιμος ἡσυχῆ. *Ἔνσιμος*, dicitur cujus nasus *paululum simus* est, *subsimus*; adverbium *ἡσυχῆ* additur ut *τοῦ σιμοῦ* significatio minuatur et infirmetur aliquantulum. Reuvensius pg. 7 comparavit *γρυπὸς ἡσυχῆ*, qui *naso paululum aquilino* est instructus.

Vs. 8. *μετὰ κυρίου τοῦ αὐτῶν Πιμώνθου, τοῦ συναποδομένου.* In *ἑαυτῶν* pro *αὐτῶν* iterum scribentis vitium agnoscimus. Pimonthae, fratris natu majoris, auctoritate in negotiis gerendis mulieres indigebant, quamvis essent perfectae aetatis. Opportune Reuvensius pg. 9 hic citat Gaji *Institt.* I. § 193. Cf. quoque Schmidt, *Forshh. a. d. Geb. d. Altherthums*, Th. I. pgg. 296—298.

Vs. 10. *Πάκεις ψιλοῦ τόπου πήχεις ἓν τέ[τ]αρτον, ἧς γείτονες.* Pro *ἧς* corrigendum sine dubio *οὗ*, intelligitur enim *τόπου*; sed majorem difficultatem movit ultima vox vs. praecedentis, *Πάκεις*; quam si cum Boeckhio l.c. pg. 28 nomen Aegyptiacum partis meridionalis Memnoniorum accipiamus, comparari possit fortasse Copticum ⲁϧⲓ, vel ⲁϫⲓ, cum articulo masculino ⲡ, quo *juncus*, *calamus*, et *omne quod in palude virens nascitur* significantur. Sed maluerim et hic duplicem scriptoris errorem agnoscere: alterum quo, vocibus *ψιλοῦ τόπου* omissis, *πήχεις* scripserit, alterum quo et eamdem hanc vocem vitiose *πάκεις* exaraverit; pergens postea errorem correxit, neque tamen vocis *πάκεις* litura papyrum inquinare voluisse videtur.

Vs. 11. *Παμώνθου καὶ Βοκονσήμιος, ἀδελφός.* Intelligitur *οἰκία* ut ex sequenti vs. facile intelligitur; unde patet quoque vitiose in *Pap.* pro *ἀδελφοῦ* scribi *ἀδελφός*; similem errorem supra vs. 3° vidimus.

ἧς κοινὸς τοῖχος. Majorem errorem scriptor hic commisisse videtur, quapropter, stratura superiori papyri sublata, reposuit quae jam legimus. Viden-

tur quidem duae domus fuisse, quarum alteram Pamonthes alteram Boconsemis habitabat, sed quum communi muro exstructae essent unius tantum domus formam externam habuisse.

ἧς ἄ[ν]α μέσον διάφυσις. Cf. *Pap.* M. vs. 18. In sequentibus pro *ἢ οἳ ἂν ὦ[σ]ιν* Reuvensius legerat *ἧς οἳ ἂν ὦσιν*, sed *ς* numquam additum fuisse patet ex comparatione praecedentis *ἧς*; cf. totius loci delineatio in Tab. V. n. 3.

Vs. 12. *Νεχούτης μικρός.* Quominus vocem *μικρός* de corporis altitudine intelligamus prohibent tum ipse verborum ordo quo ante patris nomen et hic et infra in Trapezitae subscriptione vs. 4, ponitur; tum quae sequitur vox *μέσος*, qua staturae certe non parvae fuisse Nechyten docemur. Itaque ad aetatem referendum videtur, et additum fortasse ut distingueretur ab altero Nechyte, fratre majore. Revera ex *Pap. Taur.* I. Col. 5. vss. 11 seqq. discimus Asotem Cholchytam duos habuisse filios, eodem Nechytae nomine appellatos: *ὁ τῶν ἐγκαλουμένων Νεχούτου, καὶ Ἄσωτος, καὶ ἄλλου Νεχούτου, καὶ τῆς τούτων ἀδελφῆς Νεχούθιος πατὴρ, Ἄσως.*

Vs. 13. *ὃν ἐδέξατο Νεχούτης.* Venditor dicitur *ἀποδόσθαι*, emtor *δέξασθαι*; videtur scriptor contractus Pimonthen solum cogitasse, quoniam hic natu major, et sororum tutor, primo loco nominatus fuerat; alias scribendum fuisset *οὓς ἐδέξατο.*

Ibid. *Ἀπολλώνιος κεχρημάτικα. Ego Apollonius officii munus peregi.* Apollonius, *ὁ πρὸς τῇ ἀγορανομίᾳ τῶν Μεμνονέων καὶ τῆς κάτω τοπαρχίας τοῦ Παθυρίτου*, subscriptione sua testatur contractum coram se esse factum. Apollonius hic idem fortasse est habendus, qui anno Philometoris XXXVI° (A. C. 146°) et anno XLIV° Evergetae II[i] (A. C. 127°) in Graphio officium obibat, et iisdem annis, ut *ὁ πρὸς τῷ γραφίῳ*, contractus duos (*Demot. Taur.* et *Demot. Berol.* vid. A. Peyron *Pap. Taur.* I. pg. 151) subscriptione sua munivit; quod si verum est, statui potest muneris *τῆς ἀγορανομίας* majorem fuisse dignitatem quam *τοῦ γραφίου*, quum 20 certe annos posterius obiisset Apollonius, antequam ad *τὴν ἀγορανομίαν* promoveretur. De verbo *χρηματίζειν* cf. A. Peyron ad *Pap. Taur.* I. annot. pg. 153.

Columna 3a.

Vs. 1. *Φαρμουθὶ κ' [τ]έτακται.* Reuvensius legit *Φαρμουθὶ κέ*; sed si altera numeri nota addita fuit, nunc certe ejus vestigia nimis evanuerunt, quam ut eam restituere possimus. Supersunt vero vestigia literae *τ* vocis *τέτακται*. Ceterum cff. quae adnotavimus ad *Pap.* praeced.

Vs. 4. *Νεχούτης μικρὸς, Ἄσωτος, ψιλὸν τόπον.* Hanc sententiam si cum priori cohaerentem statuamus, certo scribendum fuisset *Νεχούτου μικροῦ — ψιλοῦ τόπου*, qui genitivi pendent a praecedenti *ὠνῆς*. Sed intelligi videtur

ἐπρίατο, aut ex vs. 6 *ἐωνήσατο;* ita ut prior pars testimonii trapezitae versu 3°
finiatur, et in versu 6° *ὃν* abundet.

Vs. 7. *Πιμώνθης τοῦ καὶ Σναχομνέως — καὶ ταῖς ἀδελφαῖς*. Duplicem hic trapezitae errorem deprehendimus, nam scribendum fuerat *Πιμώνθου* (pro *Πιμώνθης τοῦ*) *καὶ Σναχομνέως τῶν Πετεψαῖτος, σὺν ταῖς ἀδελφαῖς* aut *καὶ τῶν ἀδελφῶν* (pro *καὶ ταῖς ἀδελφαῖς*).

χαλκοῦ ταλάντου α΄· τέλος χ΄. Talentum constabat 6000 drachmis aeneis, quarum tributi nomine decima solvenda erat, itaque pecuniae summa 600 drachmarum aenearum. Ita in *Pap*. praec. vidimus duorum talentorum tributum drachmarum 1200 fuisse solvendum.

PAPYRUS O.

CONTRACTUS MUTUI CONUPHIDEM, PETESIDIS FILIUM INTER ET PETIMUTHEN, HORI FILIUM.

Papyrus, ut index monumentorum Anastasianorum fert Thebis, sed ut ex ipsius textus vs. 7° satis certo intelligitur, Memphide repertus, fabricae est rudioris; altus est 0.31, latus 0.17. In inferiori parte olim particula deesse videbatur, quam tamen inter fragmenta quaedam repertam, et olim in Musei *Catalogo*, pg. 130, I. 418, a nobis tamquam incerti contractus subscriptionem indicatam, nunc suo loco Papyro nostro adjunximus. Olim in 14 vel 15 plicas complicatus fuit et duobus sigillis argillaceis obsignatus, quae nullam certam figuram offerunt. Marginibus rimarum, praecipue in inferiori papyri parte, detritis multae ortae sunt lacunae quarum una totus fere versus 27s periit.

Versus tres priores titulum contractus continent, cujus partem tantummodo ex ipsius contractus comparatione enucleare potuimus. — Ipse contractus constat versibus 27 et ab Heraclide Syngraphophylace subscriptus est.

Versibus quatuor qui sequuntur, 31—34, Petimuthes testatur se mutuum accepisse, et stato tempore redditurum. Versu deinde sequenti Heraclides, Hermiae filius, iterum quaedam adscripsisse videtur, quae tamen mutila nimis sunt quam ut certi aliquid inde efficere possimus.

Versibus denique duobus postremis continetur subscriptio qua tabellio, aliusve magistratus, contractum rite perscriptum esse testatur.

Titulus et ipse contractus eadem manu, Heraclidis ut videtur, scripti sunt, literarum formis subinde haud ita perspicuis, titulo praecipue et versibus 5 contractus posterioribus negligenter et festinanter exaratis.

Testimonium mutui accepti alia manu, ipsius Petimuthae, scriptum est. Inde colligere possumus ipsum contractus archetypum, non vero apographum tantum, in Papyro nostro servari. — Reuvensius de eo egit *Lettres*, pgg. 18—24. Scripturae specimina exhibet Tab. VI. n. 1.

[Ἔ]τους κϛʹ συγγραφή. Ἐδάνεισε Κόνουφις Πετήσιος Πετειμούθῃ Ὥρου, Πέρσῃ τῆς ἐπιγονῆς, ἀργυρίου νομίσματος δραχμὰς δεκαδύο ἀτόκου . . . . ξ . . Ἡρακλείδης . . . .

Βασιλευόντων Πτολεμαίου, τοῦ καὶ Ἀλεξάνδρου, καὶ Κλεοπάτρας, τῆς ἀδελφῆς καὶ γυναικὸς, θεῶν Φιλομητόρων, ἔτους ἕκτου καὶ εἰκοστοῦ, ἐφ' ἱερέως τοῦ ὄντος Ἀλεξάνδρου, καὶ τ[ῶ]ν ἄλλων κοινῶν, μηνὸς Δίου, Θωὺθ, τεσσαρεςκαιδεκάτῃ· ἐπὶ τῆς ὑποκά[τω] Μεμφέως φυλακῆς· Ἐδάνεισεν Κόνουφις Πετήσιος, τῶν ἐκ τοῦ πρὸς Μέμφιν μεγάλου Ἀσκληπιεί[ου] ταριχευτῶν, Πετειμούθῃ Ὥρου, Πέρσῃ τῆς ἐπιγονῆς, ἀργυρίου ἐπισήμου, Πτολεμαϊκοῦ νομίσματος δραχμὰς δεκαδύο, ἀ[τό]κου εἰς μῆνας δέκα, ἀπὸ Θωὺθ τοῦ ἕκτου καὶ εἰκοστοῦ ἔτους· τοῦτο δ' ἐστὶν τὸ δανεῖον ὃ εἴληφεν Πετειμούθης παρὰ Κονούφιος διὰ χερὸς[1]), ἐξ [ὄρ]κου παραχρῆμα· ἀποδότω [δ]ὲ Πετειμούθης Κονούφει τὸ δανεῖον, τὰς τοῦ ἀργυρίου δραχμὰς δεκαδύο ἕως Παϋνὶ τριακάδος τοῦ ἕκτου καὶ εἰκοστοῦ ἔτ[ου]ς· ἐὰν δὲ μ[ὴ] ἀποδῷ καθ[ότι] γέγραπται, ἀποτεισάτω[2]) Πετειμούθης Κονούφει τὸ μὲν δανεῖον ἡμιόλιον παραχρῆμα, καὶ τοῦ ὑπερπεσόντος χρόνου τοὺς τόκους, ὡς τοῦ στατῆρ[ο]ς χαλκοῦ δραχμῶν ἑξήκοντα κατὰ μῆνα, καὶ τὸ βλάβος καὶ τοῦ παρασυγγράφειν εἰς τὸ βασιλικὸν ε . . μων ἀργυρίου δραχμὰς τέσσαρες[3]), καὶ ἡ πρᾶξις ἔστω Κονούφει καὶ τοῖς παρ' αὐτοῦ ἔκ τε αὐτοῦ Πετειμούθου καὶ [τ]ῶν . . ὑπαρχ . . . . ἐκ δίκης, ἡ δὲ συγγραφὴ ἥδε [κ]υρία ἔστω πανταχοῦ . . . . . . Ηρακλείδης Ἑρμίου Δωρίων . . . αρ . . χαρι η . . . ρα . ασου ειλος οἱ ἐξ . . . . . νες. Συγγραφόφυλαξ Ἡρακλείδης.

Πετειμούθης Ὥρου, Πέρσης τῆς ἐπιγονῆς, ἔχω τὸ προκίμενον δανῆον[4]), τὰς τοῦ ἀργυρίου νομίσμα-

---

[1]) l. χειρός. — [2]) l. ἀποτισάτω. — [3]) l. τέσσαρας. — [4]) Leg. προκείμενον δανεῖον.

τος δραχμὰς δεκαδύο καὶ ἀποδώσω καθότι πρ[ογ]έγραπται.

35) . . . . . Ἡρα]κλείδης Ἑρμίου ε . ω κ . . . ν

Ἔτους κς' Θωὺθ ιδ' ἀναγέγραπται ἐν τῇ ὑποκάτω Μεμφέως φυλακῇ, διὰ [Δωρίω]νος.

»Anni XXVI[i] contractus. Mutuas dedit Conuphis, Petesidis (filius), Petimuthae, Hori (filio), Persae origine, argentei numismatis drachmas duodecim sine usura . . . . . Heraclides . . . . ."

»Regnantibus Ptolemaeo, (cognominato) Alexandro, et Cleopatra sorore et uxore, diis Philometoribus, anni sexti et vigesimi, quum sacerdos esset Alexandri et reliquorum solitorum, mensis Dii, Thouth quatuordecimo; in inferioris Memphidis Custodia. Mutuas dedit Conuphis, Petesidis (filius), unus prope Memphidem magni Asclepiei taricheutarum, Petimuthae, Hori (filio), Persae origine, argentei signati Ptolemaici numismatis drachmas duodecim sine usura, in menses decem, inde a Thouth sexti et vigesimi anni. Hoc autem est mutuum quod accepit Petimuthes a Conuphide ex manu sub jurejurando illico. Reddito vero Petimuthes Conuphidi mutuum, argenti drachmas duodecim, usque ad Paüni trigesimum sexti et vigesimi anni; si vero non reddiderit sicuti scriptum est, solvito Petimuthes Conuphidi mutuum sescuplum illlico, et praeterlapsi temporis usuras, Stateris aeris drachmarum sexaginta quovis mense, et multam etiam ob fidem contractus non praestitam (aerario) Regio . . . . . argenti drachmas quatuor; et exactio esto Conuphidi et qui ejus nomine veniunt, ab ipso Petimuthe et bonis ejus . . . . . extra judicium, contractus autem hicce auctoritatem habebit ubique . . . . . Heraclides Hermiae (filius) Dorion . . . . ."

»Syngraphophylax Heraclides."

»Petimuthes Hori, (filius), Persa origine, accepi supradictum mutuum, argentei numismatis drachmas duodecim, et reddam veluti suprascriptum est."

». . . . . Heraclides Hermiae (filius) . . . . ."

»Anni XXVI[i] (mensis) Thouth 14°, perscriptus est (contractus) in inferioris Memphidis Custodia, per Dorionem."

Vss. 4, 5. ***Βασιλευόντων* — *ἔτους ἕκτου καὶ εἰκοστοῦ.*** Pertinet itaque Papyrus ad annum ultimum Ptolemaei Alexandri, qui convenisset cum anno 29' Cleopatrae matris, nisi haec anno praecedenti interfecta fuisset. Convenit autem annus ille 26 cum anno 89° A. C.

Vs. 6. ***ἐφ' ἱερέως τοῦ ὄντος Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν ἄλλων κοινῶν.*** De Sacerdotiis regum Lagidarum defunctorum annotavimus ad *Papp.* praecedentes; voces *καὶ τῶν ἄλλων κοινῶν* additas puto brevitatis causa, ut reliquorum sacerdotiorum, quorum in contractibus demoticis mentio facienda erat, nomina omitti possent; qua ratione verterim: *quum sacerdos esset Alexandri et ceterorum quorum nomina addi solent in contractibus.* Reuvensius *κοινῶν* additum censet, pg. 29, quoniam omnium regum defunctorum sacerdotium uni sacerdoti mandatum eo tempore esset. Sed videtur brevius scriptum pro: *ἐφ' ἱερέως τοῦ ὄντος Ἀλεξάνδρου καὶ τῶν ἄλλων, μετὰ τὰ κοινά, μηνὸς Δίου, Αἰγυπτίων δὲ Θωὺθ, τεσσαρεςκαιδεκάτῃ, τάδε λέγει ἡ συγγραφή.* Cf. *Pap.* M. vs. 2. Neque tamen inde statuendum aliud exemplar plenius ejusdem contractus exstitisse, nam Petimuthes in apographo apocham mutui accepti adscripturum fuisse verisimile non videtur. Quapropter fortasse statuendum in contractibus minoris ponderis atque momenti solemnes illas formulas contractuum demoticorum haud ita fideliter fuisse observandas.

μηνὸς Δίου, Θωύθ. Ne nullum lectionis dubium superesset has tres voces delineandas curavimus in Tab. VIa, n. 1 *(bis).* Nisi statuendum sit post mensis Macedonici *Δίου* mentionem diei numerum omissum esse, anno hoc, (89° A. C. ut supra diximus) dies 14 Dii idem et erat 14 mensis Aegyptiorum Thouth, unde confirmetur quodammodo conjectura nostra qua in *Pap.* G. vs. 8 (annot. pg. 45) lacunam ejusdem mensis Macedonici nomine supplevimus. Affert itaque contractus hic sextum exemplum comparationis calendarium Macedonicum inter et Aegyptiacum; quae omnia fortasse hic non inutiliter recensemus:

1. Ex *Inscript Rosett.* (A. C. 196.) *Ξανδικοῦ* dies 4us, *Μεχείρ* dies 18us [1]).
2. Ex *Insc. Ob. Bankesiani* (127-117 A.C.) *Πανέμου* » 2 , *Παχών* » 22 [2]).
3. Ex *Pap. Mus. Lug. Bat.* G. (99 A. C) *Δίου* » 29 , *Θωούθ* » 29.
4. Ex » » » » O. (98 A. C.) *Δίου* » 14 , *Θωύθ* » 14.
5. Ex » » » » I. 379 (? A. C.) *Περιτίου* » 29 , *Τυβί* » 2 (?).

6um exemplum legitur in *Pap. Mus. Reg. Par.* epistolam Dioscoridis continente[3]).

Vs. 7. *φυλακῆς.* Quum contractus scriptus sit a Syngraphophylace, cum Reuvensio pg. 21 putaverim hujus *tablinum* voce *φυλακή* indicari, locum ubi tabulae Syngraphophylacis custodiebantur, cujus munus ut videtur ad magistratus minores est referendum, Heraclides saltem in parte tantum urbis munere suo fungebatur. Statuendum fortasse contractus mutui, eosque minoris pretii, coram

---

[1]) Cf. Letronne *Recueil* etc. pg. 262. — [2]) Cf. id. ibid. pg. 470. — [3]) Cf. id. ibid. pg. 368.

Syngraphophylace factos fuisse, ad reliquos Agoranomi, aut alius cujusdam in agoranomia hujus officium obeuntis, auctoritatem requisitam fuisse.

Vs. 8. *Κόνουφις Πετήσιος.* Est hic fortasse Petesidis filius, Archentaphiastae boum sacrorum in Serapieo magno prope Memphidem, ejusdem ad quem *Papp.* nostri G, H, I et K referuntur. De Taricheutarum munere egit A. Peyron ad *Pap. Taurin.* I. annot. pgg. 123 sqq. — De Asclepieo magno, quod pertinuit ad magnam templorum insulam quae ejusdem Serapiei magni nomine designari solet, cff. quos supra ad *Papp.* B, C. D, E, pg. 7, citavimus.

Vs. 10. *Πέρση τῆς ἐπιγονῆς.* Ita dicitur Petimuthes, quoniam originem petebat a Persis qui olim in Aegypto sedem fixerant. Vid. Reuvensius l. c. pg. 18.

Vs. 9. *χαλκίον, ahenum* pultis generis, atharae vocati, Cf. Col. 3ª vs. 25; ahena ista metretae capacitatem habuisse apparet ex vs. 16°. — In *Pap. Brit.* XX° vs. 3 incipit *τοῦ ὕδατος λόγος,* et vss. 17, 18 *κοτύλαι* 18 dicuntur constitisse drachmis 70 sive singulae cotulae drachmis circiter 4 (compendium enim *κ-* vocem *κοτύλη* indicari infra videbimus); hic vero tota metreta atharae 150 tantum drachmis venit, ita ut cotyla, sive $\frac{1}{144}$ metretae, tantum aliquantulum pluris quam una drachma, sive 24 cotylae drachmis 25 constent. Quapropter statuendum fortasse in *Pap. Brit.* agi de *aqua puriori ad potandum.*

Vs. 11. ⊢ *ον´,* corrigendum ⊢ *οε´, drachmas* 75, quae dimidii ahenae pretium efficiunt.

Vs. 16. ⊢ *ψοε´, drr.* 775; corrigendum ϡοε´, 975, quae omnibus recte computatis efficiuntur.

Vss. 17—25 continent annotationes de pecunia eodem mense Mechir Teebeti soluta pro *θροιαδέσμαις,* quae quales fuerint non constat. Ex Pap. T, Col. 1ª vs. 4 efficiendum videtur *throeadesmarum* usum ad ahena pertinuisse, unde conjiciamus intelligi *lignorum fasciculos* ad atharam coquendam. *Δέσμη* sive *δεσμίς fasciculus* est; prior compositi pars sive Graecum *ῥοιά,* addito articulo Aegyptiaco ⲧ, ⲑ, sive Aegyptiacum ⲑⲱⲣ, ⲑⲱⲣⲓ continere potest; hoc si admittamus, *fasciculi salignei,* si alterum praeferatur, *fasciculi arboris Punicae* intelligendi erunt.

Columna 3ª.

Vs. 1. *᾿Ατασтίται.* Cf. supra Col. 2ª vs. 8. Et hic observandum scriptoris incuria nomina quaedam in nominativo, alia in dativo poni, ita ut nunc *ἀπέχει,* nunc *ἔδωκα* intelligatur. Ceterum comparetur Col. 6ª, ubi eadem hujus mensis expensa notantur.

Vs. 16. *᾿Αρμάεις μετρητὴν* ⊢ *ι´,* neque hic, neque in Col. 6ª vs. 16 decem illae drachmae cum reliquis numerantur, et praeterea non ponuntur in eadem serie; quapropter quae Armaidi expensa fuerant *pro memoria* tantum, ut dicitur, hic notata esse putaverim.

Vss. 19—21. pro ρμ' legendum est ρν' ut in Col. 6ae vss. iisdem.

Vs. 25. *Τὸν λόγον*, scribendum fuerat *Ὁ λόγος*. *Ἀθήρα* sive *Ἀθάρα* est pultis genus ex frumento et lacte coctae.

Vs. 27. *δσ'* summa drachmarum 4200 efficitur, si drachmis praecedentis versus 3225, addas 975 illas quae, secundum Col. 2ae vs. 16um, pro ahenis atharae in taplaeïtarum usum expensae fuerant.

V. 30. *Τεέβησι*, Teebesi sive Teebeti drachmae hae 1900 solutae erant pro throeadesmis, vid. Col. 2ae vs. 25. In versu sequenti hypocaustae, quae balneorum serva fuisse videtur, solutae dicuntur drr. 405, quae si ab 1100 versus praecedentis demuntur, restant 695, non 700 ut hic dicitur, ita ut pro ψ' proprie scribendum fuisset *χϙε'*; et revera hae notae olim adfuisse videntur, sed postea dedita opera deletae, et ψ' in earum locum scripta; quapropter statuendum Ptolemaeum, ut calculus facilior et magis simplex redderetur, 700 pro 695 posuisse.

Vs. 34. *χι'* legendum *χλ'*, drr. 630, quibus si addas summam 695 drachmarum ex versu 31°, efficiuntur drr. 1325 quae versu 35° memorantur.

Vs. 38. *Ἀρμάεις κ.τ.λ.*, quamobrem in fine hujus versus metretae duae nominentur nescio; in Col. 6 vs. 29 Armais dicitur die 26° ahenae dimidium accepisse, cujus pretium notatur 75 drachmarum. — Quae vs. 32 de Conna et de drachmis pro aqua solutis scribuntur ad aliam quamdam expensorum annotationem pertinere videntur.

Columna 4a.

Vs. 3. *ὕδωρ κ-*. Litera *κ-* compendium vocis *κοτύλη* esse videtur; in *Pap. Par.* D plane scribitur *κίκι κοτύλας*, est autem *cotyla*, ut supra diximus, 144a pars metretae. Mirum fortasse videatur cotylam aquae tanti valuisse, quum ex *Pap. Brit.* XX appareat mensibus Payni et Epiphi cotylae pretium fuisse 4 circiter drachmarum; sed tenendum in menses hos incidere Nili inundationem; contra in mensibus de quibus in Papyro nostro agitur, qui inundationem istam praecedunt, aquae inopiam saepe magnam obtinuisse, ita ut pretium necessario augeri deberet.

Vs. 21. *Παμενὼθ γ' κ- σπ'*, Cotylarum numerus inde a die 17° mensis Mechir usque ad 3um mensis Pamenoth, 269 tantum efficitur, ita ut in earum enumeratione 11 omiserit Ptolemaeus. Ceterum a summa 2100 drachmarum, antequam in columnae 3ae fine vss. 29—38 addiderat Ptolemaeus, deduxisse videtur drachmas 700, quae die 3° Pamenoth reliquae fuerant, propterea hic in fine versus post 2100 annotavit 1400 drachmas restare.

Vss. 21 et 22. diebus his cotylarum 29 pretium solutum erat 220 drachmarum; antea scripserat *σιβ'*, quod postea correxit Ptolemaeus, *κ'* supra duas posteriores hujus numeri notas scripto, has vero ipsas delere omisit.

Vs. 24. ⊢ βτο' *drachmas* 2370, sed vs. 21[i] drachmae 2100, + vs. 23[i] drr. 220, + vs. 24[i] drr. 52 summam efficiunt drachmarum 2372. In altero duorum versuum, qui sub versu 24° linea circumducta a reliquis distinguuntur, summa cotylarum notatur τλϛ', in quo iterum vitium agnoscitur, λ' pro ι' posito.

Columna 5ª.

Vss. 1—8. Cf. Col. 2ae vss. 7—15, ubi eadem expensorum notatio legitur; vs. 4° pro ⊢ϱν' scribendum fuerat οέ, quoniam dimidium tantum ahenae acceperat Chensibat.

Vs. 9. *Ἀλεύϱου λόγος.* Ex hoc loco patet *ἀθήϱαν*, de qua supra Col. 3ae vs. 25° agitur, ex alica factam fuisse.

Vss. 11, 12. numerorum notas in fine horum versuum explicare non potui; videtur scriptor primum ϛ exarasse, et postea lineola obliqua addita δ inde figurare voluisse.

Columna 6ª.

Vs. 1. Cff. eadem expensa notata Col. 3ª.

Vs. 30. *χαλκία λβ'∟ ⁄* ⊢ *δωοέ*. *Ahena* 32½, *drr.* 4875. Ex hoc ahenorum numero videmus supra vs. 15°, secundum Col. 3ae vs. 15[i] lectionem legendum esse *Στόθητις Γεγέτου ∟*, ⊢οε', *Stothetis Gegeti* (filius) *aheni dimidium, drachmas* 75; et in vs. 25[i] fine pro ϱπ' ponendum esse ϱν'; qua ratione Taplaeitarum ahenis ex Col. 5ª, cum iis quae columna hac 6ª notantur computatis, summa efficitur *ahenorum* 32½ et *drachmarum* 4875.

Vss. 31 et 32. Hi versus scripti sunt in inferiori papyri parte, et spatio satis magno a reliquis acceptorum expensorumque annotationibus separantur; calculum continent vitiosum, hoc modo in vs. 32° corrigendum: *ακ'*, *θϱοια'*, (pro *θϱοιαδέσμαι* ut videtur, cf. Col. 2a vs. 17) ⊢ *υ* *χκ'*, *restant drr.* 1020, *throeadesmae*, *drr.* 400, *restant drr.* 620.

Quae sub columnis 4, 5 et 6 scripta sunt calculos 4 separatos continent, quos literis A—D distinximus.

In dorso Papyri praeterea quaedam, itidem acceptorum et expensorum rationes spectantia ut videtur, scripta fuerunt, sed postea deleta.

PAPYRUS T.

Altus 0.135, longus 0.24, fabrica ut et textus argumento cum praecedenti convenit; antea quoque contractum aliumve textum Demoticum continuisse videtur

cujus in aversa parte tres lineae breviores superstites manserunt. Annotationes sive adversaria continet a Ptolemaeo ut videtur, scripta, acceptorum et impensorum anni XXIII[i] mensium Phamenoth, Pharmuthi, Pachon, Payni, et Epiphi. Scripturae specimen exhibet Tab. VI. n. 9.

Columna 4a.

L κγ' Φαμενὼθ θ'· Τὸν λόγον[1])
'Αώνχειος[2]) καὶ Πτολεμαίου ὧν ὀφίλει[2])·
θ' ὠφίλημα[3]) ⊢ ο'
θροιαδίσμας εἰς τὰ χαλκία ⊢ ϱιβ' ς
ὑποκαύστη ⊢ με',
'Αροτώτου ἐνέχυρον
τῆς λυχνίας ⊢ μ',
ἄλλας ⊢ μ'
τῆς κομασίας[4])
τῶν παστοφόρων,
ἐμοὶ ⊢ ϱ ⟋ ....
.............[6])
ξύλων ⊢ ξ'
θυμίαμα ⊢ ο'
⟋ ἥως[8]) Φαμενὼθ λ', ⊢ φλζ' ς[7])
Φαρμουθὶ α'· θυμίαμα ⊢ ϱμ'
ξύλων ⊢ ξ',
ἐμοὶ ⊢ ϱ', ⟋ ⊢ τ,
⟋ ⊢ ωλζ' ς
⟋ εἰς τὸ
πᾶν λόγον
⊢ ϱτξ', τού-
των ἀπέχω
δύω χαλκίων
τιμὴν, ⊢ τ', ἄλ-
λας ⊢ ϱ', ⟋ υ',
⊃⊢ ϡξ'.

Φαρμουθὶ α'· κ- ι'
β' κ- β'
γ' κ- β'
δ' κ- α'
ϛ' κ- α'
η' κ- α'
⟋ ἥως[8]) Φαρμου-
θὶ η', κ- ιζ'
⟋ ⊢ ϱκζ' ς
⟋ ⊢ φκβ' ς

Παμενὼθ
θ' κ- γ'
ι' κ- γ'
ια' κ- η'
ιβ' κ- η'
ιγ' κ- α'
ιδ' κ- α'
ιε' κ- α'
ιϛ' κ- β'[5])
ιζ' κ- β'
ιη' κ- β'
ιθ' κ- α'
κ' κ- β'
κα' κ- α'
κβ' κ- β'
κγ' κ- α'
κδ' κ- β'
κε' κ- α'
κϛ' κ- β'
κζ' κ- β'
κη' κ- β'
κθ' κ- β'
λ' κ- β'.
⟋ ἥως[8]) Φαμενὼθ
λ', κ- να',
⟋ ⊢ τ ϙε'.

[1]) l. Ὁ λόγος. — [2]) l. 'Αώνχιος — ὀφείλει. — [3]) l. ὀφείλημα. — [4]) l. κωμασίας. — [5]) Olim scriptum fuerat α'. — [6]) Hic versus deletus est, olim scriptum fuisse videtur ξύλων. — [7]) Postea ut videtur, his superscriptum est φμβ' ς — [8]) l. ἕως.

Columna 2ª.

Παχὼν α'·
θυμίαμα ⊢ *ρμ'*
ξύλων ⊢ *ξ*
ἐμοὶ ⊢ *ρ'*
τῆς κασέπας ⊢ *ρξ'*
⸓ ⊢ *υξ', τούτων ἀπέχω παρὰ Ἀ-*
ώνχιος ⊢ *ρ'* ⟩ ⊢ *τξ'*
Παῦνὶ α'· θυμίαμα ⊢ *ρμ'*
ξύλων ⊢ *ξ'*
ἐμοὶ ⊢ *ρ', ⸓* ⊢ *τ.*
Ἐπεὶφ α'·
θυμίαμα ⊢ *ρμ'*
ξύλων ⊢ *ξ'*
ἐμοὶ ⊢ *ρ',*
⸓ ⊢ *τ',*
⸓ *ἥως*[1] *Ἐπεὶφ λ', ⲅⲡ ξ',*
εἰς τὸ πᾶν λόγον ⊢ *α ⲅⲡ κ',*
καὶ τοῦ κίκιος ἄλλας ⊢ *ⲅⲡ κ'·*
⸓ *ἥως*[1] *Ἐπεὶφ λ' τοῦ παντὸ*[2]
λόγον ⊢ *βωμ', καὶ τοῦ σίτου*
ἀρτάβας γ'∠·

Columna 3ª.

Κίκι χοῦς β' ⸓' ⊢ *ατκ', τούτων*
ἀπέχω παρὰ Τευθράτι[3] ⊢ *υ'*
⊢ *ⲅⲡ κ', καὶ τὰς ἀπέχω.*

Columna 4ª.

Anni XXIIIi Phamenoth (die) 9°. Rationes
Aonchidis et Ptolemaei eorum quae debet.

9° debitum drr. 70	Phamenoth
throeadesmas ad ahena drr. 112½	8° cotylas 3
Hypocausta drr. 45,	10° cotylas 3
Arototae pignus	11° cotylas 8

[1] l. ἕως. — [2] l. παντός. — [3] l. Τευθράτιος.

candelabri drr. 40,
alias drr. 40,
pompae
Pastophororum,
mihi drr. 100, efficiunt . . . . .
. . . .
lignorum drr. 60,
suffimentum drr. 70,
efficiunt usque ad Phamenoth 30^{um} drr. $537\frac{1}{2}$

Pharmuthi 1°: suffimentum drr. 140,
lignorum drr. 60,
mihi drr. 100, efficiunt drr. 300,
efficiunt drr. $837\frac{1}{2}$

Efficiunt omnino rationes
drr. 1360, harum
accepi
duorum ahenorum
pretium drr. 300, alias
drr. 100, efficiunt 400,
restant drr. 960.

Pharmuthi 1° cotylas 10
2° cotylas 2.
3° cotylas 2.
4° cotylam 1
6° cotylam 1
8° cotylam 1
efficiunt usque ad Pharmuthi 8^{um} cotylas 17,
efficiunt drr. $127\frac{1}{2}$,
efficiunt drr. $522\frac{1}{2}$

12° cotylas 8
13° cotylam 1
14° cotylam 1
15° cotylam 1
16° cotylas 2
17° cotylas 2
18° cotylas 2
19° cotylam 1
20° cotylas 2
21° cotylam 1
22° cotylas 2
23° cotylam 1
24° cotylas 2
25° cotylam 1
26° cotylas 2
27° cotylas 2
28° cotylas 2
29° cotylas 2
30° cotylas 2

efficiunt usque ad Phamenoth 30^{um} cotylas 51,
efficiunt drr. 395.

Columna 2a.

Pachon (die) 1°:
suffimentum drr. 140,
lignorum drr. 60,
mihi drr. 100,
Casepae drr. 160,
efficiunt drr. 460, harum accepi ab Aonchi drr. 100, restant drr. 360.

Payni 1°: suffimentum drr. 140,
lignorum drr. 60,
mihi drr. 100, efficiunt drr. 300.
Epiphi 1°:
suffimentum drr. 140,
lignorum drr. 60,
mihi drr. 100,

efficiunt drr. 300, efficiunt usque ad Epiphi 30^{um} (drr.) 960, omnino rationes drr. 1920, et cici alias drr. 120, efficiunt usque ad Epiphi 30^{um} omnino rationes drr. 2840, et frumenti artabas 3½.

Columna 3ª.

Cici choos 2, efficiunt drr. 1320, harum accepi a Teuthratide drr. 400, restant drr. 920, et has accepi.

Columna 4ª.

Vs. 2. *Ἀώνχειος καὶ Πτολεμαίου.* Id est *ratio* eorum quae Ptolemaeus pro Aonchide expendit vel accepit; itaque post *ὀφείλει* intelligendum *Ἄωνχις.*

Vs. 4. *θροιαδέσμας εἰς τὰ χαλκία.* Priorem vocem supplevimus ex *Pap.* S, Col. 2ª vss. 17, et seqq. Postremum hujus versus siglum *dimidii* significatione usurpari apparet ex vs. 22° ubi duorum numerorum 837½ et 522½ summa indicatur 1360.

Vs. 9. *τῆς κομασίας τῶν παστοφόρων.* De *κωμασίαις* sive solemnibus pompis sacris Aegyptiorum Cf. Stürzius *De dialecto Aegyptia* pgg. 103, seqq. quem citarunt A. Peyron ad *Pap. Taur.* I. annot. pg. 170, et Reuvensius op. cit. pg. 107. *Παστοφόροι* erant qui in pompis illis aediculam cum dei imagine portabant.

Vs. 11. *ἐμοὶ* ⊢ *ϱ'* ⁄ . . ., supplendum *υζ'* ∫, *drachmas* 407½.

Vs. 15. *φλζ'* ∫, non vero ut postea scriptum fuit *φμβ'* ∫, 542½ legendum esse apparet ex expensorum computatione, et ex vs. 19°, ubi summa expensorum mensium Phamenoth et Pharmuthi notatur drachmarum 837½, unde si posterioris mensis expensa drachmarum 300 demantur, restant 537½.

Vs. 19. ⊢ *ωλζ'* ∫. Qui sequuntur versus 20—27 additi demum fuerunt, postquam altera eorumdem mensium expensa adscripta erant; quorum ea quae Pharmuthi spectabant quum sub reliquis addi non possent, in spatium vacuum ante 12 posteriores hujus seriei versus translata sunt.

Vs. 22. ⊢ *ᾳτξ'*, est summa omnium duorum istorum mensium expensorum 837½ (vs. 19) et 522½ (vs. 35) = drr. 1360.

Columna 2^a^.

Vs. 5. *τῆς κασέπας*, videtur ministrae, ancillaeve officium quoddam indicari, et nominis origo ex Aegyptiorum lingua petenda.

Vs. 17. ϡϡκʹ, computatis drachmis 960 Col. 1ae vs. 27[i] et alteris 960 ex Col. 2ae vs. 16°.

Vs. 18. *καὶ τοῦ κίκιος*, cf. Col. 3ae vs. 3.

Columna 3^a^.

Vs. 1. *Κίκι χοῦς βʹ*. Post *βʹ* sequitur siglum quod in alterius cujusdam locum scriptum est, vid Tab. VI n. 10. — Si choi 2 olei ricini valuerint drachmis 1320, metretae pretium 7920 drachmarum eo tempore fuisse debuit. Quum autem, ut ex *Pap. Brit.* VI, vss. 34, 35 discimus, duae metretae olei ricini una metreta olei sesamini permutarentur, sequitur ut posterioris hujus olei metreta 15840 drachmis aeneis sive $2\frac{2}{3}$ fere talentis aeris = 132 argenti drachmis venierit. Supra vero ad *Pap.* C. vs. 13 pgg. 23, 24, ex multarum aerario regio solvendarum comparatione, ejusdem olei metretae pretium 10 tantum argenti drachmarum fuisse conjeceramus; quae diversitas major est quam ut ex sola anonae caritate explicari possit. Statuendum igitur aut certam rationem inter duas de quibus illo loco egimus multas non intercessisse, aut hic pro χ̊ *βʹ* legendum esse μ̊ *βʹ* id est *μετρητάς βʹ*. Postremum si admittatur, duae metretae olei ricini, sive cici, 1320 aeris drachmis valebunt, sive argenti drachmis 11. Diversitas ea minuetur, si siglum post *βʹ* positum, *γʹ* accipiamus, et pro *βʹ* ipso *ι* scribere voluisse Ptolemaeum statuamus, ita ut legendum sit *χοῦς ιγʹ*, choos 13; qua ratione, singulis chois $101\frac{1}{2}$ fere drachmis valentibus, tota metreta 1218 drachmis, igitur 10 tantum drachmis argenti cum 18 drachmis aeris constiterit. Qui nimia ita corrigendi libertate nos uti putaverit aliam fortasse lectionem praeferat qua pro χ̊ scribatur χ^α^ id est *χαλκία βʹ*; quum autem, secundum ea quae supra pg. 109, ad Pap. S, Col. 2ª vs. 9 annotavimus, *χαλκία* ista metretae capacitatem haberent, sensus esset idem ac si μ̊ *βʹ* corrigatur. *In Paris Pap. Gemellarum causam spectante* D, ni fallor, legitur eodem compendio χ^α^ *ιεʹ*, i. e. *ahena*. 15.

PAPYRUS C.

SOMNIA GEMELLARUM ET PTOLEMAEI.

Somnia haec, numero septem, scripta sunt Ptolemaei ut videtnr manu, ejusdem de quo supra ad *Papp.* B, C, D, E pgg. 6—34, et C, S, T pgg. 92, seq. egimus, in aversa parte *Papyri* C, apocham anni XX[i] continentis. Textus constat duabus columnis, lineis rectis inter se distinctis. Prior tria somnia continet, unum Tagetis, alterius Gemellarum, 17[i] mensis Pachon, duo reliqua ipsius Ptolemaei, ejusdem mensis 25[i]. In columna secunda annotata sunt somnia alia duo Ptolemaei 15[i] et 20[i] mensis Pachon, et sextum somnium, itidem Ptolemaei anni XXIII[i], 4[i] mensis Pachon, cui additur septimi initium. Qui leguntur inter columnas 1[am] et 2[am] versiculi tres expensorum notationem spectant inceptam sed non finitam. Quamquam somniis 5 prioribus annus non adscriptus est, facile colligere possumus referenda esse ad annum XX[um] post mensem tertium Athyr, et ad annum XXI[um] (A. C. 163 et 162). Anno enim XX° non esse priora probat apocha in interiori Papyri parte scripta; anni vero XXI[i] fine non esse posteriora ex eo apparet quod in spatio, quod post secundam columnam vacuum relictum fuerat, jam mense primo anni XXII[i] expensorum notationes scribere incepit Ptolemaeus. — Prioris columnae textum ad annum XX[um] retulerim, secundae vero ad sequentem. Somnia denique anni XXIII[i] postrema omnium adscripta sunt, et literis minoribus gracilioribusque, ut spatium vacuum, anno XXI° in ea columna relictum, sufficeret. — Mirum fortasse videri possit quod res tam futiles scripto consignaverit Ptolemaeus, nisi cognitus esset veterum mos, quo oracula in templis incubando consulebant. Huic autem rei nonum mensem, Pachon, inprimis aptum judicatum fuisse Reuvensius haud sine ratione ex eo collegit, quod omnia sommia in Pap. nostro ad eundem hunc mensem referuntur. — Somnia interpretabatur ἐνυπνιοκριτής, cujus in

Pap. Gemell. Paris A. *Col.* 3e mentionem factam deprehendimus. Utrum ὀθόνιον ἐγκοιμήτριν (ἐγκοιμητήριον?), quod in alio *Pap. Paris.* B. *Col.* 1a memoratur, huc quoque pertineat, affirmare non audeo; certe ἐγκοιμᾶσθαι est legitimum verbum in hoc divinandi ritu. Cf. De Guasco, *Tempio di Serapide in Pozzuoli, Roma* 1773, 8° pgg. 20, 30, quem citavit Reuvensius *Lettres*, cet. III pg. 105. — Scripturae specimina exhibuimus in Tab. nostra VI nn. 11 et 12.

Columna 1a.

Μεσορὴ κα'·
Ἀρμάει λόγος
|– υ'

Τὸ ἐνύπ[ν]ειον[1]
ὃ [εἶ]δεν Τάγης
δ[υ]δίμη[2], Παχὼν
ιζ'· Οἴετο ἐν τῷ ὕ-
πνῳ[3] καταβαίνου.
σα δειὰ[4] τοῦ ἀμφόδου,
ἀ[ρ]ειθμοῦσα οἰκείας[5]
θ' εἰ βουλόμην
ἐ[π]ειστρέψαι[6] ἔλεγον·
ὅτι ταῦτα πάντα
τὰ πολλὰ ἐννήα[7] εἰσί.
λέγουσειν[8] λύει ἀπε[λ]
θεῖν ὤψ ἐμοί ἐστειν.[9]
Τὸ ἐνύπνειον[1] ὃ εἶδεν Πτολε-
μαῖος σεληνειήοις[10], Παχὼν κε'·
Οἶμαι τὴν Τάγην εὔφονον
οὖσα[11] καὶ ἡδυτέρᾳ τῇ φωνῇ[12]
καὶ εὖ δειακειμένη[13], καὶ ὁρῶ
τὴν Τάουν γελῶσα[14], καὶ τὸν πό
δ[α] αὐτῆς μέγαν, καθαρόν·
κε'· Δύω ἄνθρωποι ἐργάσ-
ζοντος[15] ἐν τῇ πρὸς Τάτι
καὶ Τάουν, ἐπεὶ[16] τῆς κλείμα-
κ[ο]ς[17] καθῆσθαι, καὶ προσπαί
[ζο]υσα αὐ[τ]οῖς καὶ ἀκούσα

Columna 2a.

Πτολεμαίου
ἐνύπνειον[1]
Παχὼν ιε'·
Παρέστησάν
μοι δύο ἄνθρωποι,
λέγοντες πρὸς ἐμέ·
Πτολεμαῖος[18]
λάβε το[ὺς] χαλκοὺς
τοῦ αἵματος· ἀρει-
θμοῦσεί[19] μοι χαλκοὺς |– ρ',
καὶ Ταγήτει[20] τῇ δυδί-
μή[20] χαλκοὺς στατηρει-
ήους[21] μαρσείπειον[22]
πλήρης[23]· λέγουσει αὐτῇ·[24]
Εἶδου τοὺς χαλκοὺς τοῦ
αἵματος. Ἔλεγον αὐτοῖς·
Πλήω[25] μου ἔχει χαλκούς.
Τὸ ἐνύπνιον ὃ εἶδον Παχὼν
κ'· Οἴομαι ἀρειθμεῖν[26] με,
λέγων ὅτι Θωῦθ ∟ κ'
ἥως[27] κ'.

∟ κγ' Παχὼν δ'· Ὦμην[28]
ἐν τῷ ὕπνῳ[3] ἐπεικαλεῖν[29] με τ[ὸ]ν
μέγιστον Ἄμμωνα ἔρχεσθαι ἀ[πὸ]
βορρᾶ μου, τρίτος ὢν ἥως[27] παρα[γίγν]ηται·

1) l. ἐνύπνιον. — 2) l. διδύμη. — 3) l. τῷ ὕπνῳ. — 4) l. διά. — 5) l. ἀριθμοῦσα οἰκίας. — 6) l. ἐπιστρέψαι. — 7) l. ἐννέα. — 8) l. λέγουσιν. — 9) l. ἐστιν. — 10) l. σεληναίοις. — 11) l. εὔφωνον οὖσαν. — 12) l. φωνῇ. — 13) l. εὖ διακειμένην. — 14) l. γελῶσαν. — 15 l. ἐργάζοντες vel potius ἐργαζόμενοι. — 16) l. ἐπί. — 17) l. κλίμακος. — 18) l. Πτολεμαῖε. — 19) l. ἀριθμοῦσι. — 20) l. Τάγητι τῇ διδύμῃ. — 21) l. στατηριαίους. — 22) l. μαρσύπιον. — 23) l. πλήρες. — 24) l. λέγουσιν αὐτῇ. — 25) l. πλείους. — 26) l. ἀριθμεῖν. — 27) l. ἕως. — 28) l. Ὤιμην. — 29) l. ἐπικαλεῖν.

[σα] τὴν φω[ν]ὴν τοῦ Χέγιτος ...[ε]ὐθὺ μέλαινα ἐγένετο, ...ον ὅτι.. ιδάζουσι αὐτὴν ....

ὤμην [1]) με βοῦν ἐν τῶ τόπω [2]) εἶναι κ[αὶ] οὐδείνουσα [3]), ἐπειλαμβάνετ[ο [3]) τῆς] βοὼς [4]) καὶ καταστροννύει [5]) αὐτὴ[ν], ἐμβάλλει αὐτοῦ τὴν χεῖρα εἰς τὸ οἰδὴν [6]) καὶ ἐκ[σπᾶ] ταῦρο[ν]. Ἃ εἶδον ἐν τῶ [ὕπν]ω [7]) ἑτο[ιμο]ι Παχὼν ..... γενεσι ... κ'.

Columna 1a.

Mesori 21° Armaidis rationes drr. 400.

»Somnium quod vidit Tages gemella, Pachon 17°: Videbatur in somnio descendens per viam numerans domus 9, (rogasse) num vellem in viam reducere; dicebam haec omnia plerumque novem esse dicentibus .... Somnium quod vidit Ptolemaeus, (festis) lunaribus, Pachon 25°: Puto Tagetem canoram existentem, et suaviori voce, et bene sese habentem, et video Taütem ridentem et pedem ipsius magnum, purum. 25° Duo homines laborantes in (domo) Tatis et Taütis in scala consedisse; et alludens ipsis et audiens vocem Chegitis .. statim nigra fiebat"

Columna 2a.

»Ptolemaei Somnium Pachon 15°: Adstabant mihi duo homines, dicentes mihi: Ptolemaee, sume chalcos sanguinis; numerant mihi chalcos, drr. 100, et Tageti gemellae chalcos stateris pondus aequantes, marsupium plenum; dicunt ipsi: En chalcos sanguinis; dicebam ipsis: Plures quam ego habet chalcos. Somnium quod vidi, Pachon 20°: Puto numerare me dicens: Thouth anni XX^{i} usque ad 20^{um}.

Anni XXIII^{i} Pachon 4°: Putabam in somno invocare me maximum Ammonem ut veniret a septentrione, tertia vice (?) donec adveniret; putabam me bovem in vulva esse et parturientem, arripiebat

---

1) l. ᾤμην. — 2) l. τῷ τόπῳ. — 3) l. ὠδίνουσαν, ἐπιλαμβάνετο. — 4) l. βοός. — 5) l. καταστρωννύει. — 6) l. τὴν ὠδῖνα(?) — 7) ὕπνῳ.

. . . . bovem et prosternit ipsam,
immittit ipsius manum in
partum et extrahit taurum.
Quae vidi in somno . . . . .
Pachon . . . . 20°."

Columna 1ª.

Vs. 2. *Τάγης* nomen erat unius gemellarum, Nephoritis filiarum, quae in Serapieo Magno sacrum munus obibant. Cf. ad Pap. B, Col. 1ª, vs. 2. annot. pg. 13.

Vs. 8. *θ' εἰ βουλόμην*, spatium in *Pap.* vacuum relictum suppleri possit verbo *ἐρωτᾷν* vel *πυνθάνεσθαι* vel simili quodam.

Vs. 12. *λέγουσειν, κ. τ. λ.* Sensus nimis est conturbatus quam qui restitui possit; sed significari videtur: *visio* vel *somnium quum haec diceremus evanuit mihi.*

Vs. 13. *Το ἐνύπνειον.* Est secundum somnium, ipsius Ptolemaei; *τοῖς σεληναίοις* videntur intelligi sacra aut festa quae cum lunae phasium aliqua cohaerebant, et 25° mensis Pachon celebrabantur.

Vs. 19. *Τάουν. Τάους* nomen erat alterius gemellarum, Cf. vs. 2.

Vs. 21. *κε'·* Tertium somnium, ejusdem Ptolemaei.

Vs. 22. *τῇ πρὸς Τάτι καὶ Τάουν*, intelligi videtur *οἰκίᾳ*, et *Τάτι* vitiose scriptum pro *Τάγην*, *Τάτην* vel *Θάτην*, quae omnes ejusdem Tagetis nominis scribendi rationes sunt, in Papyris obviae. Ceterum *ἡ πρὸς Τάγην καὶ Τάουν οἰκία* per periphrasin pro *ἡ Τάγητος καὶ Τάους οἰκια* dictum puto.

Columna 2ª.

Vss. 1—17 narratur quartum somnium anni XXI[i] mensis Pachon, 15[i].

Vs. 8. *το[ὺς] χαλκοὺς τοῦ αἵματος*, Reuvensius pg. 110 intelligit de victimae pretio, et citat *τιμὴ αἵματος* ex Matth. XXVII vs. 6°.

Vs. 12. *χαλκοὺς στατηρειήους*, corrigendum *στατηριαιους*, *chalcos stateris pondus*, sive *quatuor drachmas*, *aequantes*. Cf. Reuvensius l. c. pgg. 109, 110.

Vs. 18. *Τὸ ἐνύπνιον* Quintum somnium, cujus enarrationem ad finem non perduxit Ptolemaeus.

Vs. 22. ∟ *κγ'* Sextum somnium scriptum anni XXIII[i] Pachon 4°.

Vs. 25. *τρίτος ὢν*, legendum fortasse *τρίτον* et intelligendum de Ammone ter invocato antequam adesset.

Vs. 26. *ὤμην μὲ βοῦν ἐν τῶ τόπω.* Quomodo ex his et sequentibus sensus aliquis elici possit nescio; num voluerit Ptolemaeus: *ὤμην με βοὸς ἐν τῷ τόπῳ εἶναι καὶ ὠδινούσης?* Putaverim fere Ptolemaeum semi tantum expergefactum et somnolentum, somnia sua scripto consignasse; quod si in ea re semper obtinuerit, interpretis officium certe multo facilius reddere debuit.

Vs. 31. *Ἅ εἶδον ἐν τῶ [ὕπν]ω* etc. Septimi somni initium, cujus enarratio itidem imperfecta mansit.

PAPYRUS U.

SOMNIUM NECTANEBI.

Ultimo denique loco addimus Papyrum Memphide repertum, altum 0.175, longum 0.81.

Enarrationem continet somnii Nectanebi, ultimi veterum dynastiarum Aegyptiarum regis, qui Sebennyti aulam habens, tandem a Persis, totam regionem occupantibus, prorsus devictus et in exilium abire coactus fuit. Fingitur jam Nectanebus ad sacrificandum Memphidem profectus, ubi in somnio per Onuridem deum admonetur ut sacra hujus neglecta a Samaute quodam, qui Sebennyti rege absente rebus praefectus fuisse videtur, instauraret, et opera in adyto interrupta perficienda curaret (Col. 2ª, et Col. 3ª usque ad vs. 12). Rex expergefactus Sebennyto arcessit Pontificem maximum et prophetam Onuridis; quibus sacra antiqua revera neglecta jacere et opera in adyto interrupta esse affirmantibus (Col. 3ª vss. 13—23), nobilissimorum Aegypti templorum hieroglyphorum sculptores ad se arcessit, et ex his Petesidi cuidam, Ergei filio, ex Aphroditopoli opera intermissa perficienda mandat, (Col. 4ª vss. 1—19); qui donis a rege cumulatus Sebennytum abit (*ibid* vss. 19—21). Quae Sebennyti facta sunt postea columna 5ª explicanda fuissent; sed in media sententia narratio abrumpitur, textu imperfecto relicto. In spatio vacuo sub versibus quatuor Col. 5ªᵉ monstrosa imago delineata est, humanam formam vix habens, v. Tab. VI. 15. Tandem spatium vacuum sequitur, quod et ipsum 6ᵃᵐ textus columnam comprehendere potuisset.

Ex literarum formis, ipsiusque papyri texturae satis tenuis comparatione cum fabrica papyrorum Gemellarum causam spectantium, eorumque in quibus expensorum rationes et somnia a Ptolemaeo notata sunt, conjecerim hoc quoque MS. ad eadem fere tempora, itaque ad secundi saeculi A. C. partem posteriorem esse referendum. Conjecturae favere videtur quod in indice monumentorum

Anastasianorum Papyris causam gemellarum spectantibus proxime praecedit; quod saepius indicat eodem loco aut simul inventa fuisse monumenta.

De Papyro nostro egit Reuvensius *Lettres.* cet, III pgg. 76—79. Scripturae specimina exhibet Tab. nostra VI nn. 13, 14, 15.

Columna 1a.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
. . . .
Πετήσιος
ἱερωγλύφου [1]
πρὸς Νεκτοναβῷ [2]
τὸν βασιλέα

Πεπε . . η η . . .

Columna 2a.

Ἔτους ις' Φάρμουθὶ κα' εἰς τὴν κβ', κατὰ θεὸν διαδέχομεν τὰν Νεκτοναβῶς [3] *τοῦ βασιλέως καταγινομένου ε'* [4] *Μέμφει, καὶ θυσίαν ποτὲ συντελεσαμένου, καὶ ἀξιώσαντος τοὺς θεοὺς δηλῶσαι αὐτῷ τὰ ἐνεστηκότα, ἔδοξεν κατ' ἐνύπνον* [5] *πλοῖον πапύρινον, ὃ καλεῖται Ἀγυπτιστεὶ* [6] *Ῥώψ, προσορμῆσαι εἰς Μέμφιν, ἐφ' οὗ ἦν θρόνος μέγας, ἐπὶ τὲ τούτου καθῆσται* [7] *τὴν μεγαλώδοξον* [8] *εὐεργέτειαν* [9] *καρπῶν εὐεργέτιαν* [9] *καὶ θεῶν ἄνασον* [10] *Ἶσιν, καὶ τοὺς ἐν Ἀγύπτῳ* [11] *θεοὺς πάντας παραστᾶναι αὐτῇ* [12], *ἐγδέξιον* [12] *καὶ εὐωμένων* [12] *αὐτῆς, ἕνα δὲ προελθόντα εἰς τὸ μέσον, οὗ ὑπολάμβανον* [13] *εἶναι*

[1] l. ἱερογλύφου. — [2] l. Νεκτοναβῷ. — [3] l. τοῦ Νεκτοναβοῦς. — [4] l. καταγενομένου ἐν. — [5] l. ἐνύπνιον. — [6] l. Αἰγυπτιστί. — [7] l. καθῆσθαι. — [8] l. μεγαλόδοξον. — [9] l. εὐεργέτειραν, aut εὐεργέτιδα. — [10] l. ἄνασσαν. — [11] l. Αἰγύπτῳ. — [12] l. παραστῆναι αὐτῇ ἐνδέξιοι καὶ εὐώνυμοι. — [13] l. ὑπελάμβανον.

τὸ μέγεθος πήχων εἴκοσι ἑνὸς [1]), τὸν προςαγορευ-
όμενον 'Αγυπτιστεὶ[2]) 'Ονοῦρει, 'Ελληνιστεὶ[2]) δὲ
"Αρης [3]), πεσόντα ἐπὶ κοιλίαν λέγιν [4]) τάδε·
'Ελθέ μοι θεὰ, θεῶν κράτος ἔχουσα μέ- [5]).
γιστον, καὶ τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ἄρχουσα,
καὶ ζώζουσα [6]) θεοὺς πάντες [7]) "Ισιν [8]), καὶ εἰλέως
γινομένης [9]) ἐπάκουσόν μοι· καθότει [10]) προςέταξας,
διατετήρηκα τὴν χώραν ἀμέμπτως,

Columna 3ª.

Καὶ ἕως τοῦ νῦν ἐμοῦ τὴν πᾶσαν
ἐπιμέλειαν πεποίηκεν ὁυ Νεκτον-
αβῷ [11]) τοῦ βασιλέως [11]) Σάμαντος [12]) ὑπὸ σοῦ
κατασταθὶς [13]) ἐπὶς τῆς ἀρχῆς ἠμέληκεν
τοῦ ἐμοῦ ἱεροῦ, καὶ τοῖς ἐμοῖς προςετάγ-
γμασιν [14]) ἀντιπέπτωκεν· ἐκτὸς τοῦ
ἑαυτοῦ [15]) ἱεροῦ εἰμει [16]) καὶ τὰ ἐν τῷ ἀδύτῳ
ἱμιτέλεστά [17]) ἐστειν διὰ τὴν τοῦ πρωεσ-
τῶτος [18]) κακίαν. Τὴν δὲ τῶν θεῶν
ἄνασσον, [18]) ἀκούσαντα [19]) προδεδηλ[ω]μέν[α],
μηθὲν ἀποκριθῆναι. Εἴδων τὸν ὄνιρον [20])
διεγέρθη,
καὶ προςέταξεν κατὰ σποδὴν [21]) ἀποστῖλαι [21])
εἰς Σεβέννυτον τὴν μεσόγεον [22]) ἐπὶ τὸν ἀρχιερῆα [23]) καὶ
τὸν προφήτην τοῦ 'Ονούριος· παραγενο-
μένων δὲ αὐτῶν εἰς τὴν αὐλὴν,
. . υν [24]) ἐπυνθάνετο ὁ βασιλεὺς·
τίνα ἐστὶν τὰ ἐνλιπόντα [25]) ἔργα ἐν τῶ [26])
ἀδύτῳ, τῷ καλουμένῳ Φέρσῳ;
Τῶν δὲ φαμένων. Τέλος ἔχει πάντα, παρὲξ [27])

---

[1]) Inter hunc versum et praecedentem supra voces *πήχων εἴκοσι ἑνός*, scriptum est *ου ου πηλου πη* ..... — [2]) l. *Αἰγυπτιστὶ, 'Ελληνιστί.* — [3]) l. *"Αρην.* — [4]) l. *λέγειν.* — [5]) Primum scriptum fuit *μεγιτον-γιστον* sed *γιτον* deinde deletum. — [6]) l. *σώζουσα.* — [7]) l. *πάντας.* — [8]) l. *"Ισι.* — [9]) l. *ἱλέως γιγνομένη.* — [10]) l. *καθότι.* — [11]) l. *ὁ Νεκτοναβὼς ὁ βασιλεύς.* — [12]) l. fortasse *Σάμαυς δὲ.* — [13]) l. *κατασταθεὶς ἐπί.* — [14]) l. *προστάγμασιν.* — [15]) l. *ἐμαυτοῦ.* — [16]) l. *εἰμι.* — [17]) l. *ἡμιτέλεστα.* — [18]) l. *προεστῶτος.* — [19]) l. *ἄνασσαν ἀκούσασαν.* — [20]) l. *ἰδὼν τὸ ὄνειρον.* — [21]) l. *σπουδὴν ἀποστεῖλαι* supra *εἰς* scriptum olim fuit *τὴν μεσόγεον* sed postea deletum. — [22]) l. *μεσόγαιον.* — [23]) l. *ἀρχιερέα.* — [24]) Literae *υν* et reliqua quae praecedunt in eodem versu, deleta sunt. — [25]) l. *ἐλλιπόντα.* — [26]) l. *ἐν τῷ.* — [27]) l. *παρέκ.*

τῆς ἐπιγραφῆς τῶν ἐνκολλαπτώμενον [1] ἱερῶν γραμμάτων ἐν τοῖς λιθίκοις [2] ἔργοις·

Columna 4^a^.

προςέταξεν κατὰ σπουδὴν γράψας [3] εἰς τὰ λόγιμα ἱερὰ τὰ κατ' Ἄγυπτον [4], ἐπὶ τοὺς ἱερογλύφους· παραγενομένων δ' αὐτῶν κατὰ τὸ προςτεταγμένον, ἐπυνθάνετο ὁ βασιλεύς· τίς ἐστεὶν [5] ἐν αὐτοῖς εὐφυέστατος, ὃς δυνήσεται ἐν τάχει ἐπιτελέσαι τὰ ἐνλιπόντα [6] ἔργα ἐν τῷ ἀδύτῳ, τῶ καλουμένω [7] Φέρσῳ; Τούτων διηρηθέντων [8] ος ἐξ Ἀφροδίτης πόλεως τοῦ Ἀ- Ἀφορδιτοπολίτου [9], οἱ [10] ὤνομα [11] Πετήσιος, πατρὸς δὲ Ἐργῆος, καταστὰς, ἔφη δύνασθαι τὰ ἔργα πάντα ἐπιτέλεσιν [12] ἐν ηλί ἡμέραι [13]. Ὁμοίως δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἐπυνθάνετο ὁ βασιλεὺς, οἱ δὲ ἔφασαν ἀληθῆ λέγειν καὶ μὴ [εἶ]ναι ἐν τῇ [14] χώρᾳ τοιοῦτον παρεύρεσιν ηυινειουν [15]. Διότι τὰ προδεδη[λω]μένα ἔργα τάξας αὐτῷ, μισθοὺς μεγάλους ἅμα [16] τὸ παρεκάλεσεν αὐτὸν εἶνα [17] ἐν ὀλίαις [17] ἡμέραις ἐγδιόξῃ [18], τὸ ἔργον καθάπερ καὶ αὐτὸς [19] ἐπιτελε[ῖ]ν διὰ τὴν τοῦ θεοῦμ [20] βούλησιν. Ὁ δὲ Πετήσιος [21] κέρματα λαβὼν πολλὰ ἀπῆλθεν εἰς Σεβέννυτον, ῥαθυμῆσαι πρὶν ἢ ἅψασθαι τοῦ ἔργου.

Columna 5^a^.

Καὶ δὴ σὺν βασ[ιλ]εῖ αὐτῷ περιπαντοῦντει [22] κατὰ τὸ πρὸς νότον μέρος τοῦ ἱεροῦ κατὰ νω . . . Ἀθὺρ ε' ὀψὲ θυγατέρα ἥτις ἦν καλλίστη τῶν ιδ' [κα]τεκινόντων.

---

[1] l. *ἐγκολαπτομένων*. — [2] l. *λιθίνοις;* post hanc vocem primum additum fuit *ἔργοις*, postea vero deletum. — [3] l. *γράψαι*. — [4] l. *Αἴγυπτον*. — [5] l. *ἐστίν*. — [6] l. *ἐλλιπόντα*. — [7] l. *τῷ καλουμένῳ*. — [8] l. *διαιρηθέντων*. — [9] l. *Ἀφροδιτοπολίτου*. — [10] l. *ᾧ*. — [11] l. *ὄνομα*. — [12] l. *ἐπιτελεῖν* aut *ἐπιτελέσειν*. — [13] l. *ἡμέραις*. — [14] l. *τῇ*. — [15] l. fortasse *ἤ τι νέον*, sed vide annot. — [16] l. *ἅμα τε παρεκάλεσεν*. — [17] l. *εἶναι ἐν ὀλίγαις*. — [18] l. *ἔνδοξον*. — [19] l. *αὐτόν*, sed vid. annot. — [20] l. *θεοῦ*. — [21] l. *Πέτησις*. — [22] l. *περιπατοῦντι*.

In dorso Papyri.

κενόν.

Columna 1a.

».......Petesidis, hieroglyphorum sculptoris, ad Nectanebum regem ...."

Columna 2a.

»Anni XVI[i] Pharmuthi inde ab 21° ad 22[um], divinitus accepimus, Nectanebo rege versante in Memphide et quum sacrificium aliquando perfecisset, et precatus esset deos ut declararent ipsi futurum, apparuisse in somnio navigium papyraceum quod vocatur Aegyptiace Rhops, appulisse Memphidem, in quo erat thronus magnus, et in hoc sedere gloriosam beneficam, fructuum beneficam et deorum reginam Isidem, et Aegypti deos omnes adstare ipsi a dextra et a sinistra ipsius, unum vero procedentem in medium, cujus suspicabatur esse magnitudinem cubitorum viginti et unius, nominatum Aegyptiace Onuri, Graece vero Martem, cadentem pronum, dicere haecce: Veni ad me dea, deorum potentiam habens maximam, et iis quae in universo sunt imperans, et servans deos omnes, Isis, et animo propitio exaudi me; veluti jussisti custodivi regionem inculpate,"

Columna 3a.

»et hucusque mei omnem curam gessit Nectonabo rex; Samaus vero a te constitutus in magistratu, neglexit meum templum, et meis mandatis restitit; extra meum templum sum, et (opera) in adyto semiperfecta sunt propter praefecti perversitatem. Deorum vero reginam, audientem quae supra indicata sunt nihil respondisse. Viso somnio expergefactus est, et jussit festinanter mitti Sebennytum mediterraneam ad pontificem summum et prophetam Onuridis. Quum vero pervenissent ipsi in aulam ... interrogabat rex: Quaenam sunt praetermissa opera in adyto, vocato Pherso? His vero dicentibus: Finita sunt omnia praeter inscriptionem insculptarum sacrarum literarum in lapideis operibus."

Columna 4a.

»Jussit festinanter scribi ad nobilia templa in Aegypto ad hieroglyphorum

sculptores. Quum vero pervenissent ipsi secundum mandatum, sciscitabatur rex: Quisnam est in ipsis solertissimus, qui poterit celeriter perficere praetermissa opera in adyto vocato Pherso? His dictis . . . ex Aphroditae urbe Aphroditopolitae (nomi), cui nomen Petesidis, patris Ergei, surgens dicebat, posse se opera omnia perficere in . . . diebus. Similiter vero et a reliquis sciscitabatur rex; hi vero dicebant vera dicere et non esse in regione talem (hominem) commentum . . . . . Quapropter supra declarata opera mandans ipsi (dedit) mercedes magnas (et) simul adhortatus est ipsum futurum in paucis diebus gloriosum, opus . . . . . . perficere per dei voluntatem. Petesis autem nummis acceptis multis, abibat Sebennytum, ut genio indulgeret priusquam attingeret opus."

Columna 5$_{a}$.

»Et jam cum rege ipso obambulante in meridionali templi parte, secundum . . . . . (mensis) Athyr 5^{um}, . . . filiam quae erat pulcherrima 14 . . . . ."

Columna 1$_{a}$.

Vss. 1—7 veras literarum formas continere vix crediderim; in vss. 8—11 intelligendum videtur aut omissum est *μετάπεμψις*, *κλῆσις* aut simile quid; ita ut titulus sit MS^{ti}. In vs. 12 alia manus Petesidis nomen iterum adscribere voluit.

Columna 2^{a}.

Vs. 1. *Ἔτους ις'*, Nectanebi II^{di}, ultimi dynastiae XXX^{ae}, regum Sebennyticorum, quo fugato Aegyptus peregrinorum, primum Persarum, deinde Graecorum, tandem Romanorum, dominationi succubuit. Posterioris aevi scriptores, inter quos vb. c. Syncellus, prodiderunt Nectanebum hunc, artis magicae peritissimum, post Persarum invasionem, in aulam Philippi Macedonis confugisse, et Alexandrum Magnum ipsius filium fuisse. Quae fabula Lagidarum tempore ficta fuisse videtur, ut horum origo ad antiquos legitimosque Aegypti reges referri posset.

Vs. 2. *κατὰ Θεὸν* id est *per Deum*, *ex mandato Dei.* Ceterum duplex verborum ordo scriptori ob oculos versatus fuisse videtur: *Ἔτους ις' Φαρμουθὶ κα' εἰς κβ' Νεκτοναβοῦς τοῦ βασιλέως — ἔδοξεν*, alter secundum quem scribere voluerit: *διαδέχομεν Νεκτοναβὼ τὸν βασιλέα καταγενόμενον ἐν*

Μέμφει, καὶ — συντελέσαντα, καὶ ἀξιώσαντα τοὺς θεοὺς — δόξαι. Prior ordo obtinebat in MS[to]. unde narrationem suam mutuavit; eum vero ob interjectum *κατὰ θεὸν διαδέχομεν*, mutandum fuisse non animadvertit.

Vs. 3. *καταγινομένου ἐ(ν) Μέμφει:* Reuvensius op. cit. pg. 78, ex hoc versu et Col. 3[ae] vs. 14, colligit Nectanebum secundum *Pap.* nostrum sedem suam non habuisse Sebennyti; vereor ut satis accurate. Rex Sebennyto Memphidem venerat ad sacrificandum in Serapieo magno eadem ratione qua Ptolemaeus Philometor et Cleopatra in *Pap. Gemellarum Parisiensi*, dicuntur Memphidem visitasse. Ibi autem versanti Nectanebo in somnio apparet Onuris, monens Samautem, quem Sebennyti rebus praeposuerat, deorum cultum negligere; expergefactus igitur ex ea urbe Sacerdotem maximum et prophetam arcessit, ut ex iis quomodo omnia sese haberent cognosceret.

Vs. 6. *πλοῖον παπύρινον* — *'Ρώψ.* Conferri possunt ex Coptica lingua ϩⲱⲣⲡ, HOORP, et ϩⲟⲣⲡ, HORP, *lavare*, *rigare*, addito ⲥ paragogico ϩⲱⲣⲡⲥ, per metathesin pro ϩⲣⲱⲡⲥ, HROOPS; *quod rigatur*, *madefactum*. Copticum quoque ⲣⲓⲃⲏ RIBE *cymbam*, *lintrem*, notat.

Vs. 9. *τὴν — εὐεργέτειαν καρπῶν*, *εὐεργέτιαν καὶ θεῶν;* voluit fortasse scriptor: *τὴν μεγαλόδοξον εὐεργετίδα ἀνθρώπων*, *gloriosam beneficam hominum*, *et deorum reginam.*

Vs. 14. *τὸ μέγεθος πήχων εἴκοσι ἑνός*, inter hunc versum et praecedentem adscriptum, *ου ου πηλον πη* . . . , quid sibi velit nescio.

Vs. 15. *Ἀγυπτιστεὶ Ὀνοῦρει*, *Ἑλληνιστεὶ δὲ Ἄρης.* Reuvensius op. cit. pg. 78, dubitat utrum Champollion, *Mus. Ch.* X A, 234, ex hoc *Papyri* nostri loco, quem D'ANASTASY cum ipso fortasse communicaverat, ONURIN *Martis* Aegyptiaci nomen fuisse docuerit; eumque deum exhiberi monstrosis istis imaginibus, cruribus distortis, capite praegrandi palmis plumisve ornato, vultu torvo insignitis, clypeum laeva et gladium dextra tenentibus. Nomen dei istius Aegyptiacum antiquissimum ϫⲉⲙ, DSJEM, fuisse videtur, cui voci *roboris* significatio inest; et eodem nomine vocatur, ubi exhibetur sine clypeo et gladio. Sebennyti praecipue cultum fuisse colligitur ex nomine Aegyptiaco hujus urbis ϫⲉⲙⲛⲟⲩϯ DSJEM-NUTI, id est DEUS DSJEM sive DSJOM, (hodie ab Arabibus SAMANNUT dictae). Post Psammetichorum dynastiam, quibus regnantibus Graecorum et Aegyptiorum commercium praecipue florere inceperat, et multi Graeci in Aegyptum migraverant, deus DSJEM *τοῦ Ἄρεος* sive Martis insignia quoque quaedam adsumsisse, et simul nomen *Ὀνούριος* adeptus esse videtur. Ipsum illud nomen in inscriptionibus hieroglyphicis, quod sciamus, nondum inventum; derivatio itaque ejus incerta adhuc est; sed comparari possint: ⲟⲩⲱⲛ, quod Graece scribitur *ὦν* (vb. c. in nomine *Ὤννωφρις*) et ⲣⲏ, qua ratione significaret *apperiens solem;* ⲟⲩⲟⲉⲓⲛ-ⲛ̄-ⲣⲏ *lumen*, *splendor solis*, ⲱⲟⲩ-ⲛ̄-ⲣⲏ *gloria solis.*, vel ⲟⲩⲱ-ⲛ̄-ⲣⲏ *germen solis.*

Columna 3a.

Vs. 2. *πεποίηκεν ὀν Νεκτοναβῷ τοῦ βασιλέως, Σαμαῦτος ὑπὸ σοῦ καταστα-θὶς ἐπὶς τῆς ἀρχῆς·* Corrigendum videtur *πεποίηκεν ὁ Νεκτοναβὼς ὁ βασιλεὺς, Σάμαυς δὲ ὑπὸ σοῦ* (vel *ὑπ' αὐτοῦ*) *κατασταθεὶς ἐπὶ τῆς ἀρχῆς, κ.τ.λ.* Onuris non de Nectanebo queritur sed de Samaute, quem rex se absente Sebennyti rebus praefecerat; *ὁ κατασταθεὶς ἐπὶ τῆς ἀρχῆς* igitur idem est qui infra vss. 8 et 9 dicitur *ὁ προεστώς.*

Vs. 14. *Σεβέννυτον τὴν μεσόγεον.* Sebennytus urbs erat Aegypti inferioris, nomi Sebennytici caput; *τὴν μεσόγαιον* additum videtur, quoniam intelligitur superior nomi Sebennytici pars; inferioris partis mari proximae, secundum Ptolemaeum caput Pachnamnis dicebatur.

Vs. 16. *εἰς τὴν αὐλήν. Αὐλή* hic dicitur domus in qua rex Memphide commoratus habitabat.

Vs. 19. *τῶ ἀδύτῳ, τῷ καλουμένῳ Φέρσῳ.* Adytum proprie est pars templi sacerrima ad quam ingressus non patebat; *Φέρσον* vox est Aegyptiaca, quam Reuvensius l.c. recte cum Coptico ⲫⲱⲣϫ (addantur ⲫⲟⲣϫ et ⲫⲉⲣϫ) *separare*, comparat. Intelligendum autem videtur de adyto templi Onuridis Sebennytici.

Columna 4a.

Vs. 8. *ἐξ 'Αφροδίτης, κ. τ. λ.* Legendum videtur *ἀνήρ,* (vel *ἄνθρωπος, ἱερογλύφος*) *τις ἐξ 'Αφροδίτης πόλεως τοῦ 'Αφροδιτοπολίτου* (*νόμου*).

Vs. 14. *παρεύρεσιν ηνινειουν.* Quid haec sibi velint nescio; fortasse legendum *μὴ εἶναι — τοιοῦτον παρεύρεσιν*, aut potus *παρεύρημα ἤ τὶ νέον*, *talem hominem in ea regione non esse commentum aut quid novi;* aut: *μὴ εἶναι — τοιοῦτον παρευρήσειν ὀντινοῦν*, *neminem in tota regione illi similem inveniri posse.*

Vs. 16. *μισθοὺς μεγάλους, κ. τ. λ.* Voluerit fortasse: *μισθοὺς μεγάλους ἔδωκε, ἅμα τε παρεκάλεσεν αὐτὸν, εαν ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἐνδείξῃ τὸ ἔργον, καθάπερ καὶ αὐτὸς, ἐπιτελεῖν διὰ τὴν τοῦ θεοῦ βούλησιν, simulque monuit eum, ut, si opus intra paucos dies perfectum ostendisset, sicut et ipse* (*rex facturus erat*), *sacra faceret propter dei voluntatem; ἐνδείκνυσθαι* proprium verbum in hac re. Sed haec et reliqua vitiosa adeo sunt et corrupta, ut sensus aliquis inde vix elici posse videatur. In vs. 3. Col. 5ae, pro *ὀψὲ* fortasse voluit scriptor *ὤψε, vidit,* et in vs. 4° latere videtur *τέκνων.*

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Pap. A. vss. 26, 27, Pg. 2, comp. ann. p. 5, *ἐνκεκλήματο γραφηκέναι*, legatur una voce *ἐνκεκληματογραφηκέναι* (pro *ἐγκεκληματογραφηκέναι*) a verbo composito *ἐγκληματογραφεῖν*, quod ex usu loquendi Alexandrinorum, lexicis erit addendum.

Pg. 4, vs. 11. Compendium vocis *ἀρτάβας* compositum potius videtur ex literis *α* et *ρ*, lineola superscripta.

Ibid. vs. 28. *κα ἰου̅-*, l. *καὶ ου̅-*.

Pap. B. Col. 1^{a}, vs. 20, Pg. 9, *χάλκον* ∟ *ασ'*, l. *χαλκοῦ* ↱ *ασ'*.

Col. 3^{a}, vs. 7. Pg. 10, *ἐνποδίζειν*, addatur in margine inferiori: corr. *ἐμποδίζειν*.

Pg. 39. vss. 16, 17, *κατὰ τινά.*, l. *κατά τινα.*

Pap. G. vs. 15, Pg. 42; distinguendum fortasse erit post *εἰκῆ*, ita ut sit *διασειόμενος εἴκῃ;* nam in *Pap.* H. vs. 24. legitur *διασείεσθαι εἰκῆ παρ' ἕκαστον.*

Pap. H. vss. 3, 5 et 7, pg. 48, *Ἔρρωσο, ἔρρωσθαι*, l. *Ἔῤῥωσο* et *ἐῤῥῶσθαι.*

Pap. M. Col. 2, vs. 4 p. 60, et ann. p. 65, vs. 7. *κέρδων*, l. *κερδῶν.*

Pg. 63. in annot. ad Pap. Col^{ae} 1^{ae}, vs. 15: *καθειρημένης*, pro *κατηρειμμένης* melius accipiatur, a verbo *κατερείπειν*, *diruere*, *demoliri;* cujus forma passiva *collabendi* significatione usurpari potest. Cf. inscriptio apud Le Bas, *Inscriptt. Grr. et Latt:* Fasc. V. 176: *τὸν ναὸν καὶ τὸ ὑπόγαιον — καὶ πάντα κατηρειμμένα καὶ ἠρημωμένα — ἐπεσκεύασαν;* citavimus ex Diario: *Zeitschrift f. d. Alterthumwiss.*, 1843. n. 6. p. 42.

Ceteris ignoscat benevolus lector.

INDEX VERBORUM ET RERUM.

(Prior numerus, si punctum sequitur, columnam, reliqui versus significant.)

A. A. α.

B. B.

Γ. G.

Δ. D.

E. E.

Z. Z.

H. H.

Θ. TH.

I. I.

K. C. κ.

Λ. L. λ.

M. M. u.

N. N. ⲛ.

Ξ.

O. O. ⲟ.

Π. P. ⲡ.

Φ. F. ф.

X. CH.

Ψ. Ps.

1. PAP. A.

2. PAP. B.
(Col. 2. vss. 1-4.)

3.

I & II.

III.

IV.

V.

4. PAP. C.
(vss. 1-7.)

5. (vs. 16.)

Hooiberg Lithogr.

PAP. D.

1. (Col. 1 vss. 1-4)

2.

3.

5.

4. (Col. 2)

11. PAP. F. (vss. 1-6)

PAP. E.

6. (Col. 1 vss. 1-4)

7. (Col. 1 vss. 16-18)

8. (Col. 2 vss. 1-4)

9. (Col. 2 vss. 32-36)

10.

PAP. G.

12. (vss. 1-3)

13. (vss. 16-18)

15.

14.

16.

PAP. H.

PAP. I.

1. (vss 10-15)

2. (vs. 24)

PAP. K.

3. (Vss. 1-9.)

4. PAP. L.

(Col. 1.)

(Col. 2.)

J. PAP. M.

(Col. 1.)

(Col. 2.)

PAP. N.

2. (Col. 2 vss. 1-13.)

3. (vs. 17.)

4. (Col. 3.)

5. (Col. 1.)

6.

PAP. O.

1. (vss 1-3)

(vss 23-38.)

1. (bis)

3. PAP. Q.

PAP. S.

7. (Col. 1 vss 1-4.)

8. (Col. 6 vss 1-6.)

PAP. C.

11. (Col. 1 vss 1-6.)

12. (Col. 2 vss 22-32.)

PAP. T.

9. (Col. 2 vss 17-21.)

10.

PAP. U.

14. (Col. 2 vss 1-3.)

15. (Col. 5.)

13. (Col. 1)

2. PAP. P.

PAP. C.

6. (Col. 4 vss 1-3.)

4. PAP. R.

5. (Col. 3 vss 1-9.)